



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1276 Usque Ad Annum 1312

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1766

VD18 90118251

Liber XC.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67012)



HISTORIÆ
ECCLESIASTICÆ
LIBER XC.

BONIFACIUS VIII, DEIN BENEDICTUS XI,
TUM CLEMENS V, SUMMI
PONTIFICES.

ALBERTUS I OCCIDENTIS, ANDRONI-
CUS II ORIENT. IMPP.

§. I.

*Controversia Archiepiscopi Narbo-
nensis cum Pro-Comite.*

Ægidius Ascelinus Archiepiscopus Sæcul. XIII.
Narbonensis Bliteris habuit con- A.C. 1300.
cilium, cui aderant Bliterarum,
Nemausi, Magalonæ, Helenæ, Apamiæ,
Agathæ, ac Lutevæ Episcopi septem,
& Grassensis, S. Pontii, S. Guillelmi de
Deser-

Sæcul. XIII. Defertis, alique Abbates. Exhibat. O
 A C. 1200. October anni 1299, cum celebratum e
 hoc concilium: unde nobis superest de
 to. II. conc. Regem Philippum Pulchrum episcopa
 p. 1430. in qua Præsules ajunt: Pro-Comites
 Narbonenses, quidquid ruri & in urbe
 possidebant, per longissimum tempus
 habuere ab Archiepiscopo, cui Pro-Com
 mitis hodierni pater hoc præsentem fide
 fidem ad obsequium clientis edidit.
 Pro-Comes tamen contra suorum antec
 ecessorum juramenta, quæ ut obse
 vet, ab Ecclesia cogi potest, ac debet
 hoc prædium beneficiarium, ut dici
 divimus, a Majestate tua se accepit
 professus, per fraudem curavit sibi
 ri litteras tuas, quæ injustitiæ suæ au
 thoritatem facerent, & infirmarent po
 ctiones initas inter tuos & Archiepis
 copi antecessores. Quam ob rem tu
 quam Oratores ad te mittimus Beren
 garium Bliterensem Episcopum, Abba
 tem Papulofanensem, & quendam Ma
 galonensem Canonicum, quos ut ab
 menter audias, supplicamus. Beren
 garius Fredolius ab anno priore Episc
 copus Bliterensis erat in numero illor
 rum, qui congerendo libro sexto de
 cretaliū navarant operam, Cardinalis
 postea creatus,
 Archiepiscopus Narbonensis sua
 querimonias de Amalarico Narbonen
 Pro

Sup. lib. 89
 §. 6.

Pro Comite etiam ad Papam Bonifa-
cium VIII detulit: qui ad Regem Phi-
lippum 18 Julii an. 1300 dedit episto-
lam, in qua conqueritur, Ecclesiam a-
lias erectam defensamque a Regibus
nunc opprimi ab eorum Prætoribus ac
in servitutem redigi. Hortatur Regem,
ut Archiepiscopo æquum se, nec ma-
lis consiliis aures præbeat. Et addit:
Pro nostro munere ac plenitudine po-
testatis nostræ faciemus Amalarico, quod
expedire viderimus, & ad nostrum tri-
bunal eum citari curabimus.

In eisdem in litteris Papa Regi scribe-
bat de comitatu Melgorino prope Mon-
tem Pessulanum sito, quem ab Eccle-
sia Romana jure fiduciario collatum
asserebat. Itaque orabat Regem, ut
Prætores suos vetaret hac in re mo-
lestiam exhibere Magalonensi Ecclesiæ
hanc terram possidenti utpote jure be-
neficiario Papæ obstrictam. Atque
suum jus firmandi gratia Regi mitte-
bat Papæ Clementis IV ad S. Ludovi-
cum epistolam, cujus hæc erat summa.
Rex sanctus audierat comitatum Mel-
gorinum esse suum aut Petri Peletii
Alesæ Domini fiduciarium clientis sui,
non vero Magalonensis Episcopi eum
possidentis. Proinde juris sui notitiam
ut compararet, consuluit Papam Cle-
mentem, qui sic respondit: Iste comi-
tatus

Sæcul. XIII.
A.C. 1300.

Rayn. 1300.
n. 28.29.

n. 27.

n. 30.

Sæcul. XIII tatus est Romanæ Ecclesiæ beneficia
 A.C. 1300 ria lege obnoxius, ut patet ex veteri-
 rimis Sedis apostolicæ documentis
 Bertrandus Peletius Petri proavus eum
 aliquamdiu, postea Tolosani Comites te-
 nuere. Sed Papa Innocentius III Ray-
 mundum seniore[m] legitimam per sen-
 tentiam terris ipsius privans hunc co-
 mitatum sub ditionem Romanæ Eccle-
 siæ revocavit; ac dein Guilielmo E-
 piscopo Magalonensi & successoribus e-
 jus tradidit sub conditione census an-
 nui. Licet hi ab illo tempore eum
 tranquille possederint: nos tamen, post-
 quam solum summum conscendimus,
 Episcopo Magalonensi fecimus potesta-
 tem assignandi Petro Peletio redditus
 aliquos, ut omittat petere avitam pos-
 sessionem, & clamores populi cessent.
 Post id responsum S. Ludovicus instituta
 juri suo non videtur.

v. Gall. Chr.
 to. 3. p. 583.
 Catal. Lang.
 p. 657.

§. II.

Papa jus in Scotiam sibi vindicat.

Eodem tempore Papa Bonifacius sibi
 asseruit terram haud populo mayo-
 rem, nempe Scotiam. De successione
 in locum Alexandri III Scotorum Re-
 gis anno 1286 sine liberis mortui di-
 sceptabant Joannes Belliolinus, ac Ro-
 bertus Brusius. Joanni nupserat hæres
 proxi-

proxima: Robertus Principis hujus fore-
 rem habebat matrem. Rex Anglorum
 Eduardus sumptus arbiter pronuntiavit
 pro Joanne Belliolino, qui ei velut su-
 premo Principi fidelitatem juravit. Sed
 postea bello, quod Eduardus contra Fran-
 ciam gerebat, in rem suam verso, se ad
 clientelæ possessionem compulsus fuis-
 se perhibens, hac revocata in Eduardum
 arma corripuit: qui eo victo captoque
 totam Scotiam occupavit.

Maccol. XIII.
 A. C. 1406.
 Matth. West.
 p. 415.

Tum Papa Bonifacius Regi Eduardo
 scripsit epistolam, in qua dicit: Non du-
 bitamus, quin scias Scotiam pleno jure ad
 Romanam Ecclesiam spectasse olim, ac
 etiamnum spectare, nec unquam benefi-
 ciariorum jure Regibus Angliæ antecessori-
 bus tuis vel tibi fuisse obstrictam. Plura
 deinde facta refert, ut Scotiam Angliæ
 submissam non esse probet. Sed assertum
 Ecclesiæ Romanæ jus nulla ratione sta-
 biliens, solum ait hoc a nemine in du-
 bium vocari: & concludit inde, Eduar-
 dum non debuisse sibi Scotiam per vim
 subjicere. Præsertim ei exprobrat, quod
 Episcopos Glascuanum & Soderensem,
 aliosque Ecclesiasticos carceri mandarit.
 Rogat, ut eos in libertatem restituat, suos-
 que administratos e Scotia revocet. Ad-
 jungit: Siquod jus in Scotiam habere
 te putas, volumus, ut intra sex menses
 ad nos mittas procuratores tuos cum o-

to II. cont.
 p. 1399.
 Rayn. 1299.
 n. 14.

Hist. Ecclesiast. Tom. XXII. G g mni-

Sæcul. XIII.
A. C. 1300.

p. 1398.
Rayn. n. 19.

p. 1402.

mnibus tui juris documentis: & quod æquum erit, decernemus tibi. Evocamus enim cunctas controversias hac de re motas vel movendas, quarum cognitionem & iudicium sacræ Sedi reservamus. Dabat 27 Jun. an. 1299.

Roberto Winchelseano Archiepiscopo Cantuariensi hanc misit epistolam cum alia, per quam imperabat, ut illam protinus Regi traderet, & assensum efficaciter suaderet, alioqui ad temporis administratione spiritualium æque ac temporalium rerum excludendus. Mox obsequens Robertus ad Regem viginti dierum itinere remotum contendit, & Carleolum celerrime delatus comperit eum cum exercitu jam intrasse Scotiam, nec tutum esse illuc eundem sequi. Cum expectasset diu, transmissis cum periculo quibusdam fretis, tandem ad Regem venit die Veneris post festum S. Bartholomæi, scilicet vigesimo sexto Augusti an. 1300. Rex in præsentia Procerum Equitumque exercitus legi Papæ litteras, & Gallico sermone, quo aula Anglica utebatur, exponi iussit. Tum imitata cum suis consultatione Archiepiscopo hæc reponi voluit: Angliæ mos est, ut in negotio regni statum contingente sententiam rogentur omnes, quorum interest. Refert autem multorum Procerum Præfulumque hoc in exercitu non præsentium.

tium. Rex de his Papæ litteris deli-berabit, cum primum poterit; ac postea responsum ei per Legatos dabit. Robertus qua fide paruisset, Papæ scripsit 6 Octobris eodem anno.

Tum Rex Eduardus Papæ Bonifacio fufis respondit litteris, quas non esse judiciarias mox initio declarabat per cautionem, quæ sine dubio censebatur necessaria contra jurisdictionem, quam Papa in epistolæ suæ sine sibi tribuebat. Litteræ regiæ continent argumenta omnia Scotiam Angliæ obnoxiam esse probantia; & inchoantur per fabulas de Bruto Trojano, primo Magnæ Britanniæ Rege, de secundo ejus filio Albanacte primo Rege Scotiæ, ac de Rege Anselmo Regis Artici cliente fiduciario: nam hæ fabulæ pro veris historiis tunc habebantur. Inde Rex ad tempora notiora progressus ait Eduardum annosum Alfredi filium fuisse Regem Angliæ, Scotiæ, Cambriæque; sub Adelstano sic volente Constantinum regnasse in Scotia: pluraque alia suorum antecessorum facta memorat. Denique suum ad regnum veniens refert compromissum suas inter manus factum, suam sententiam pro Joanne Belliolino, & hujus Principis seditionem post juratam fidem. Papa Bonifacius non videtur postulato suo diutius institisse:

Sæcul. XIII.
A. C. 1300.

p. 1404.
It. Knyhton.
p. 2483.

Westmon.
p. 433.

G g 2 tan-

Sæcul. XIII. tantum Joanni Belliolino libertatem ob
A.C. 1300. tenuit.

§. III.

Concilium Mertonense.

20. II. Conc.
 p. 1435.

Sub idem tempus Robertus Archiepiscopus Cantuariensis Mertonæ concilium provinciale habuit, ubi sanctiones edidit, quæ potissimum decimas contingunt, indicantque, quanta duritia eæ tunc in Anglia exigerentur. Erant pendendæ non solum decimæ naturales omnium fructuum & alimentorum, ne chortibus quidem avibus exceptis, lanarum lactariorum, sed etiam personales de rebus industria & labore partis, extendentes se ad cunctos mercatores, caupones, artifices, operarios mercede conductos: si non solverent, intentabantur eis censuræ ecclesiasticæ non nisi ab Episcopo tollendæ. Parochi ipsi, si decimam ob metum aliamve causam non postularent, excludebantur functionibus muneris, donec Archidiacono quadrantem libræ argenti dependerent.

§. IV.

Papa suum ad tribunal vocat Albertum Austriacum.

Interim Papa Bonifacius civitates Italiæ pacaturus Matthæum Aquaspartanum Cardini-

Cardinalem Episcopum Portuensem in Lombardia, Hetruria, & Æmilia suum esse Legatum iussit 23 Maji, rogatu Guelphorum Florentiæ: ubi Matthæus mente Junio magnis exceptus honoribus est. Verum pro munere suo contrarias partes reducere in gratiam, bonumque rursus ibi regimen instituere frustra conatus, cum indignatione abiit, incolas anathemate, urbem interdicto affectam relinquens. Quo Romam reverso Papa de consilio quorundam Florentinorum Carolum Valesium Regis Philippi Pulchri fratrem accersere statuit futurum adiutorem Caroli Siciliae Regis, & in Italia Vicarium Imperii: nam hoc vacante id officium conferendi jus sibi asserebat.

Carolo Valesio ad matrimonium in eundem, ac postea reapse initum cum Catharina Curtiniacensi hærede contraversi Imperii Constantinopolitani necessariam legis gratiam, ac præterea spem Imperii Romani Papa fecit: nec enim ratam habuerat electionem Alberti Austriaci, ut patet ex epistola, quam ad tres Electores ecclesiasticos scripsit 13 Aprilis an. 1301. Ibi sic loquitur: Albertus Austriæ Dux Adolpho Romanorum Regi adstrictiorem clientis fidem ac obsequium professus, & amplas ab eo terras beneficiaria lege

G g 3 nactus,

Sæcul. XIV.
A.C. 1301.
Rayn. n. 24.
Jo. Villani
l. 8. c. 39.

c. 42.

Ducang.
hist. C. P.
p. 205.

Rayn. 1301.
n. 2.

Sæcul. XIV.

A. C. 1301

nactus, cum per commotam seditionem se in Regem Romanorum eo vivente curasset eligi, conflato bello, & pugna, in qua cecidit Adolphus, edita effecit, ut Romanorum Rex denuo cooptaretur, ac regias functiones præsertim in Germania obire coepit. Jam vero ex præscripto juris nostrum est virum ad hanc dignitatem electum examinare, ac inaugurato coronam imponere, aut indignum rejicere. Igitur vos jubemus in locis, ubi expedire videbitur, denunciare, ut Albertus, qui se Romanorum Regem dicit, intra semestre spatium per Oratores suorum autoritate idonea, & documentis suorum jurium instructos se nobis sistens de crimine læsæ majestatis in Adolphum Regem commisso, ac de anathemate, in quod incurrit sacram Sedem, cæterasque vexando Ecclesias, se purget, si possit, ea, quæ præceperimus, his in rebus faciat. Alioqui Electoribus & cunctis Imperii membris stricte interdicemus, ne illum agnoscant Regem Romanorum; infirmabimus juramentum fidelitatis ei dictum; & poenas sacras profanasque prout nobis visum fuerit, ei ac fautoribus ejus irrogabimus.

*It. Rebdorf.**to. 1.**Freker. p. 412*

Huic Papæ mandato morem gesturi tres Electores ecclesiastici sub festum S. Michaëlis diem, nimirum exeunte Septembri hujus anni 1301 excitarunt Rudolphum

dolphum Bavarix Ducem & Comitem Sæcul. XIV. A.C. 1301.
 Palatinum, ut quæstionem institueret
 in Albertum Austriacum: nam conten-
 debant Comitem Palatinum Rheni esse
 de more Judicem actionum contra Ro-
 manorum Regem susceptarum. Itaque
 accusatum, quod Regi Adolpho suo Do-
 mino necem attulisset, ideoque corona
 esset indignus, de gradu dejicere cogi-
 tabant. Irritatus hoc agendi modo
 Albertus tres Archiepiscopos Electo-
 res bello petiit, qui denique cum eo
 transigerunt.

§. V.

Res Italiae.

Casan seu Gazan Argonis Cani filius Bibl. Orient. p. 362. 363.
 erat Imperator Mogolum ab anno Pococ. suppl. p. 2. 12. Sanut. p. 240
 1204, Epochæ Arabicæ 694; & tan-
 quam Musulmannus vocari Mahmud
 voluerat. Anno 1299 Syriam ingres-
 sus commisit prælium cum Sultano Æ-
 gyptio Nasero Kelauni filio, qui fratri
 suo Halilo successerat. Nasero acie su-
 perato Mogoles Damascum totamque
 Syriam occuparunt; sed paulo post a-
 misere. Hoc inter bellum Casanus Pa-
 pam, Regem Gallix, aliosque Christia-
 nos Legatorum opera stimulavit, ut
 missis in Syriam copiis ipsum ad tuenda
 bello parta adjuvarent. Sed littus ara-
 vit:

Sæcul. XIV. vit: quia Christiani Principes in suis quis-
 A. C. 1301. que terris alia, quæ agerent, habebant.

Rayn. 1301.
 n. 33.

Juvandæ Palæstinæ solos hoc anno
 Genuenses conatum aliquem adhibuisse
 video: quos ipsos eo permovit pietas qua-
 rundam sceminarum nobilium ex urbis
 stirpibus primariis: novem inter alias
 nominantur. Ad classem instruendam
 sua conferebant bona ne aureis quidem
 gemmeisque ornatibus parcentes suis,
 ac exemplo alias trahebant mulieres,
 quarum aliquæ ad præstanda cruce
 gnatis servitia itineris molestiis pericu-
 lisque exponere se statuerunt. Papa
 Bonifacius ad eas scripsit pium ardo-
 rem ac fortitudinem earum laudans.
 Etiam ad quatuor Nobiles Genuenses
 præfuituro classi misit litteras, metuens
 que, ne privata commoda eos a præci-
 puo molitionis sine averterent, interdixit
 nequem terræ sacræ locum reficerent,
 aut munirent sine peculiari Summæ Se-
 dis permisso. Dabat 9 Aug. 1301. Por-
 chetto Spinolæ Ord. Minorum mandavit
 ut promoveret hoc molimen, & ad istam
 expeditionem populos animaret. Is con-
 secratus fuerat in Archiepiscopum Ge-
 nuensem, depositoque titulo hanc Eccle-
 siam etiam tum administrabat, cujus ti-
 tulum ei Papa deinde reddidit. Sed hic
 bellicus apparatus Genuensium non ha-
 buit

n. 34.

n. 35.

buit successum aliquem memoratu dignum.

Sæcul. XIV.
A. C. 1301.

Porchetto Spinola Papa usus est ad reconciliandos Genuenses cum Carolo Claudio Rege Siciliæ: nam illorum aliqui, præsertim Doricæ ac Spinolæ, susceperant partes Friderici Arragonii ac Siculorum huic pro Rege suo habentium. Idcirco Papa Genuenses anathemate devinctos declaravit per sententiam Romæ promulgatam die Cœnæ Domini septimo Aprilis an. 1300. At illi hac censura moti, ut cum Papa & Rege Carolo pacem jungerent, Legatos miserunt Romam. Porchettus illam conciliavit, fecitque, ut Respublica Genuensis cum hoc Principe pacificationes commercii conflaret, quas habuit ratas & autoritate sua firmavit. Papa per litteras datas 1 Junii an. 1301. Postea Porchettum jussit censuras tollere. Epistolam dabat 26 Augusti.

Rayn. 1301.
n. 10. 11.

Idem 1301.
n. 17.

Paucis post diebus Anagniam, ubi Papa hærebat, advenit Carolus Valensius inter comitatum multorum Procerum, & quingentorum Equitum Galorum. Benignissime illum excepit Papa cum Cardinalibus, ac 3 Septembris eidem detulit præfecturam omnium Ecclesiæ Romanæ copiarum & potestatem bellandi cum hostibus illam invadentibus, & paciscendi cum eis, si se

Id. 1301.
n. 11. 12.
Villani l. 8.
c. 48.

Secul. XIV. ac He|uriae pacificatorem fecit Carolum: cumque is hoc nomine die festo
| |

A.C. 1301.
Rayn.n.14. Sanctorum Omnium Florentiam intrasset, Papa post mensis spatium eo Cardinalem Matthaeum Aquaspartanum tanquam Legatum misit, cum Carolo daturum operam placandis factionibus amplissimam urbem illam discendentibus.

n. 15.

Sed hoc iter Carolus Valefius eo potissimum fine habuit, ut Regem Carolum Claudum ad recuperandam Siciliam adjuvaret. Quapropter ei Papa concessit decimas, quas solverent Francia, Italia, Sicilia, Sardinia, Corsica, tractus Principis Achaici & Ducis Atheniensis, vicinæque insulae.

§. VI.

*Episcopus Apamiensis mandatur
carceri.*

*Sup. lib. 89.
§. 38.*

Hoc anno coeptae sunt notissimae illae controversiae inter Papam Bonificium, ac Regem Philippum Pulchrum propter Bernardum Saissetum primum Episcopum Apamiensem. Ad Regem delatum est nomen hujus Praesulis, quasi Comitibus Fuxensi Conveniensique suffisset, ut concitarent turbas, urbemque & comitatum Tolosanum regiae ditioni denuo

denuo subjectum subtraherent. Argue-
 batur etiam, quod dixisset, Apamiam
 non spectare ad regnum; a Rege ha-
 bere se nihil; eum nummos adulteri-
 nos cudere; non esse legitimum; ac
 denique nullo ponendum in numero.
 Hæc testimoniis confirmati sunt in ju-
 diciaria inquisitione jussu Regis ince-
 pta die Mercurii post festum SS. Tri-
 dis vigesimo quarto Maji an. 1301. Tum
 Rex Proceres regni sui una cum multis
 Doctoribus, Clericis, laicisque Silvanestum
 venire, ac de consilio eorum A-
 pamiensem Episcopum præsentem com-
 prehendi jussit, & asservandum tradi-
 dit Egidio Ascelino Narbonensi Ar-
 chiepiscopo ipsius Metropolitæ, ut ab
 eo judicatum exauguratumque merita
 poena afficeret. Itaque Ascelinus ca-
 ptivi curam suscepit ex consensu Epis-
 copi Silvanestini ad juridicalem hunc
 actum concedentis territorium; ac dein
 etiam Remensem Archiepiscopum con-
 sentientem habuit.

Simul statutum est, ut Regis Lega-
 tus aliquis Papam de actis omnibus
 edoceret, & adderet: Tametsi Rex ho-
 minem convictum de criminibus, in qui-
 bus omne cessat privilegium, mox ad
 supplicium mittere potuit, debuitque,
 nihilominus voluit insistere vestigiis ma-
 jorum, qui Gallicæ ac Romanæ Ec-
 clesiæ

scul. XI 7.
 A. C. 1301.

Differends
 p. 627. &c.

p. 634.

p. 629.

p. 630.

Sæcul. XIV.
A.C. 1301.

clesiæ matris suæ jura nunquam non
conservarunt. Quocirca te orat, sanctis-
sime Pater, ut hac in re officio fungaris
tuo, ac fontem dignitate sua & omnicle-
ricatus privilegio exuas, ut in foro pro-
fano, cum desperata sit ejus emendatio,
puniri, prout meruit, queat. Legatus
his porro mandatis instruebatur: Papa
probabiliter respondebit, haud posse a se
damnari hominem, qui convictus non
sit; & duabus e viis alterutram esse in-
eundam; scilicet vel mittendum ad se
Episcopum, vel rem in Gallia examinan-
dam. Posterius si fiat, videndum est, u-
trum Metropolitæ ac Suffraganeis ejus,
an vero Legato aliisque Inquisitoribus a
Sacra Sede delectis mandetur negotium?
Sciendum præterea, an Papa solam cau-
sæ cognitionem, aut etiam judicium, ac
executionem ipsam permittat? Hæc om-
nia in consultationem veniant, oportet.

§. VII.

*Papæ querimonie de Philippo
Pulchro.*

Sed Papa Bonifacius comperta Apa-
mientis Episcopi captivitate ad Re-
gem Philippum scripsit epistolam sic in-
choatam: Ex jure divino humanoque
Præsules ac viri ecclesiastici, in quos ho-
mines

Rayn. n. 28.
Differ. r. 661

mines profani potestatem nullam acce- Sæcul. XIV.
perunt, magna frui libertate debent. A.C. 1301.

Id observabant antecessores tui: quo-
rum exempla te non imitari eo magis
dolemus, quo latius regnum Deus ex-
tendit tuum. Ut enim cognovimus, ve-
nerabilem Fratrem nostrum Episcopum
Apamiensem valida sub custodia ad
tuos adductum oculos Narbonensi Ar-
chiepiscopo detinendum dedisti per spe-
ciem securitatis illi afferendæ. Quam
ob rem te rogamus, jubemusque, hunc
ut Præsulem ad nos libere ac tuto ve-
nire patiaris, & ei, quæ occupasti, o-
mnia sua Ecclesiæque suæ bona, seu
possint moveri, seu nequeant, restitui
cures, nec in posterum agas talia. Nam,
ut scias, in pœnam canonicam, quod
hunc in Episcopum audacter manus in-
jeceris, incurristi, nisi æquam nobis ex-
cusationem proponas. Aliam per epi-
stolam Narbonensi quoque Archiepisco-
po imperamus, ut Præsulem nos adi-
turum dimittat, quamvis hunc ab ipso
retineri volueris. Dabat 5 Decembr.
1301.

Eodem die ad Regem scripsit lit- Differ. p. 48.
teras, quibus est initium: Ausculda Rayn. n. 31.
fili! ubi, postquam eum monuit, ut do-
cilem sese præstaret, inquit: Deus nos Jer. I. 10.
constituit super Reges ac regna, ut evel-
lamus, destruamus, disperdamus, dissipe-
mus,

Sæcul. XIV.
A.C. 1301.

pemus, ædificemus, & plantemus suo nomine ac per doctrinam suam. Promne crede neminem te superiorem, nec te obnoxium esse capiti Ecclesiæ! Ita qui cogitat, delirat, & qui pertinaciter id defendit, alienus a fide Christiana, & disjunctus est a grege Pastoris boni. At qui præ amore, quo in te ferimur, non dissimulamus a te opprimi Clericos laicosque tibi subditos, Optimates, Nobilium Ordinem, collegia, & populum. Sæpe te dehortati sumus; sed incassum.

Longius per partes ut excurramus; quanquam manifesto constat esse Papæ de beneficiis seu in Romana curia, seu extra vacantibus absolute statuere; teque nullum habere jus conferendi ea sine permisso Summæ Sedis: impedis tamen executionem collationum ejus, quando præveniunt tuas; & in causa tua vis esse Judex. Generatim non agnoscis iudices alios quam tuos administratos rationibus tuis consulentes, sive petitio fiat, sive defensio. Tuum ad tribunal trahis Præsules ac reliquum regni tui Clerum tam Religiosum quam secularem, tum in actionibus, quas personales vocant, tum in illis, quas reales nuncupant, etiam cum agitur de bonis tibi jure beneficario haud obstrictis. Decimas aliasque pensiones a Clero exigis, in quem potestas laicis nulla est. Præsules non pariteris

teris spiritualem gladium adhibere in ^{Sæcul. XIV.} violatores suos, nec exercere suam ju- ^{A. C. 1301.} risdictionem in cœnobia, quorum tute-

lam tibi vendicas. Demum illustrem Ecclesiam Lugdunensem tam male habes, & ad inopiam redegisti tantam, ut ægre possit emergere; cum tamen non sit pars regni tui: perbene novimus jura ejus, quippe cujus membrum fuerimus.

Non tibi temperas in percipiendis fructibus vacantium Ecclesiarum cathedralium: jus regum per abusum vocas: hos redditus iis conservandis destinatos vertis in prædas, & consumis. Omittimus modo mutationem monetæ, cæterasque molestias, de quibus querelas ex omni parte audimus. At ne culpam contrahamus coram Deo animæ tuæ rationem a nobis petituro, salutæ tuæ, ac regni nobis tam chari famæ providendi gratia, cum fratribus nostris Cardinalibus inita deliberatione, alias per litteras ad nos accivimus Archiepiscopos Episcoposque inauguratos aut electos, Cluniaci, Cistercii, Præmonstrati, Fani S. Dionysii, & Majoris Monasterii Abbates, Collegia Ecclesiarum regni tui cathedralium, Doctores Theologiæ, ac utriusque Juris, & alios quosdam ecclesiasticos: eosque jussimus prima Novembris se nobis sistere, consulendos

Sæcul. XIV.
A.C. 1301

lentos de omnibus supra memoratis tanquam viros minime suspectos tibi, sed in regni tui bonum intentos, quod cum eis tractabimus. Poteris, si tua interesse credis, simul comparere per te ipsum, vel per Legatos fidos, ac probe mentem edoctos tuam. Aut absente te faciemus, quod nobis æquum videbitur. Has litteras finit per exhortationem ad suppetias terræ sacræ ferendas.

Quæ dicit de authoritate in Reges, ac de potestate evellendi ac plantandi, sunt verba Dei ad Jeremiam, quæ missionem ejus extraordinariam tanquam Vatis divini, ac munus prædicendi regnorum vicissitudines contingunt, nec executionis facultatem ei ullam tribuunt. Reges Capiti Ecclesiæ subjectos esse Philippus ipse lubens agnoscebat in rebus sacris. Sed ex toto litterarum contextu liquet Papam subjectionem istam extendisse longius, quia Regem de gubernatione regni rationem sibi reddere, ac eum inter & subditos supremus esse iudex volebat. Epistolam, qua Franciæ Præsules ad Romanam curiam accerlebat, eodem dabat die nempe 5 Decembris: & per aliam hoc ipso pariter die scriptam permisit, ut hoc iter omitterent Doctores Juris, qui suum ad Episcopum legitimas afferrent excusationes: Episcopi

Diff. p. 53.
Rayn. n. 29.

p. 54.

copi vero se summo Capiti ut excusarent, Sæcul. XIV.
præcepit. A. C. 1302.

Litteris, *Ausculda fili!* per Jacobum
de Normannis Archidiaconum Narbo-
nensem, Papæ Notarium Nunciumque
acceptis percussus Rex de consilio Proce-
rum, qui tunc præsentis itidem stupue-
rant, absentes Optimates reliquos cum
Abbatibus & collegiis tam ecclesiasticis
quam profanis congregare statuit: ac in-
terim dominica post octavam Lustratæ
Virginis anno (ut Gallia adhuc nume-
rabat) 1301, scilicet 11 Febr. anno 1302
Papæ litteras in medio cunctorum No-
bilium cæterorumque, qui eo die Pari-
sisi erant, comburi, & hunc actum tota
in urbe per præconem tuba promulgari
iussit.

p. 68.

p. 59.

§. VIII.

Conventus Parisiensis.

Die Martis 10 Aprilis eodem anno 1302
in Parisino Dominæ Nostræ templo
conventus, sive, ut tum vocabatur, sena-
tus erat præsentis Rege, qui per Petrum
Classium & quosdam alios ibi publice
proponi curabat sequentia. Archidia-
conus Narbonensis mihi tradidit Papæ
litteras, in quibus dicit me sibi subjectum
esse in profanis regni mei rebus, & hoc
a se habere, quamvis hactenus anteces-

Histor. Eccles. Tom. XXII. H h fo-

Sæcul. XIV. fores mei ac ego id Deo soli acceptum
 A.C. 1302. retulerimus. Nec contentus ille hac lo-
 quendi ratione hoc in regno tam nova
 & inaudita procedere ad executionem
 voluit, & cunctos regni mei Præsules
 cunctos Theologiæ ac Jurium Docto-
 res ad se vocavit, ut propulset injurias
 quibus administri mei ac ego, ut per-
 hibet, Præsules Dominosque ecclesiasti-
 cos ac profanos afficimus. Sic Galliam
 vult privatam thesauro pretiosissimo
 nempe sapientia Præsulum cæterorum-
 que, quorum consiliis illa regi debet: ac
 eodem modo illam exhaurire opibus, &
 exponere ruinæ cupit.

Multas alias vexationes regno ac
 Ecclesiæ Gallicanæ infert reservando
 &, ut libet, conferendo episcopatus ac
 beneficia extraneis & ignotis nunquam
 præsentibus. Ita imminuitur servitium
 divinum; deluditur conditorum volun-
 tas; pauperes ordinaria stipe fraudan-
 tur; regnum fortunis evertitur. Præ-
 sules jam non inveniunt viros, qui Ec-
 clesiis serviant; cum desint beneficia,
 quæ Nobilibus, quorum majores ea
 instituerunt, aut reliquis litteratis tra-
 buant: unde fit, ut Ecclesiis nihil do-
 netur amplius. Premuntur tamen iste-
 pensionibus, subsidiis, ac exactionibus
 variorum generum: adimitur Metropo-
 litis libertas adjungendi Suffraganeis
 suis

p.69.

fuis Adjutores: aufertur cunctis Episcopis ministerii sui functio, ut Summam Sedem cum donis adeant. Tam indignæ res multiplicatæ sunt hoc sub Papa, & augentur in dies: haud possum eas ferre diutius.

Proinde vobis impero ut Dominus, & vos precor tanquam amicus, ut me consiliis & omni opera adjuvetis ad tuendam veterem libertatem nostram, & ad reparandum regnum ac Ecclesiam Gallicanam, speciatim contra facinora Prætorum meorum Ecclesiæ juribus adversa, siqua commifere. Mederi eis prius decreveram, quam Papæ Nuncius advenit: & jam fecissem, ni cogitasset id formidini minarum ejus, aut mandatorum observantiæ adscriptum iri. Cæterum pro communi hoc emolumento bona mea omnia, me ipsum, ac liberos meos, si opus sit, in discrimen offero: postuloque, ut de omnibus, quæ audistis modo, responsum mihi certum ac decretorium hac ipsa hora detis.

Post hæc Barones cum Oratoribus ordinum laicorum se submovebant: & habita simul deliberatione reversi Philippo præter magnas laudes & gratias ob generosum ipsius propositum dicebant se malle sua bona & corpora periculis obicere, ac omne tormenti genus necemque sustinere, quam molitiones Papæ admittere,

Sæcul. XIV. A. C. 1302. p. 70.

tere, etiamsi Rex tolerare eas aut diffimulare vellet. Tum Rex responsionem Præfulum poposcit: qui petito longiore consultandi spatio, excusare Papam, Regique ac præcipuis Proceribus persuadere studebant, Papæ animum non esse regni libertatem, aut dignitatem regiam impugnare, monebantque Regem, ut conservaret concordiam, quæ inter Ecclesiam Romanam, Reges priores, ac ipsum semper fuisset. Sed urgebantur, ut illico responderent: ac denunciatum est perclam, quisquis in contrariam ire sententiam videretur, eum pro inimico Regis regnique habitum iri. Intelligebant Præfules, si Regi ac Baronibus non facerent satis, fore, ut in pericula & offensiones innumeras incurrerent, & laicorum obedientia erga Ecclesiam Romanam & Gallicam evanesceret non reditura. Tantis in angustiis hæc reponebant: Rex consiliis subsidiisque justis te atque tuos & dignitatem tuam, libertatemque ac jura regni fulciemus, ut aliqui nostrum qui primigenia, aliaque prædia beneficia tenent, juramento suo, cæteri fide tibi debita obstringuntur. Sed una supplicamus, o Rex, ut nos adire Papam jubentem sinas, quippe cui obedientiam debeamus. Id tamen Rex ac Barones se neutiquam passuros asserebant.

§. IX.

Sæcul. XIV.
A. C. 1302.*Præfulum Procerumque epistolæ.*

Hæc acta sunt in conventu decima Aprilis habito, ut nos docet epistola Præfulum ad Papam eodem die scripta; ubi addunt: Considerabamus itaque Regis, Baronum, cæterorumque regni laicorum commotionem tam violentam: plenoque ab Ecclesia Romana diffidio, quin etiam generali Clerum inter & populum discordiæ apertas videbamus fores. Nam laici nostram societatem plane fugiunt; & a suis colloquiis, consiliisque nos excludunt veluti proditoris contra se conflatae reos: spernunt censuras ecclesiasticas undecunque profectas: has ut inutiles reddant, sese præparant, & cautelas adhibent. His summis in angustiis ad prudentiam tuam confugimus, flentibusque oculis obtestamur, ut veterem concordiam inter Ecclesiam ac regnum foveas, nostræque securitati provideas, mandatum, quo nos ad te vocasti, retextendo.

p. 71.

Etiam Optimates Franciæ scripserunt, non Papæ, sed Cardinalibus, & gallice quidem, probabiliter, ut ostenderent, se non fingi loquentes aliter, quam cogitarent. Epistolæ eodem die

p. 69.

H h 3 10 A-

Sæcul. XIV.
A. C. 1302.

10 Aprilis datæ hæc est summa: Nostis melius, quam alius quisquam, Ecclesie Romanæ Galliaëque consensionem & amicitiam omni cultam tempore. Nec ignoratis labores ac pericula, quæ nostrum plurimi subierunt pro religionis integritate ac incremento. Et quia essemus impares ferendo dolori nostro, veterem hanc concordiam per malam illius voluntatem, qui sedem Romanam tenet, dissolvi modo, vel tantum dinuui videremus: vos per has litteras duximus edocendos de novis ejus molitionibus contra Regem Dominum nostrum, totumque regnum, quas jussu regio clarissime nobis expositas tolerando haud foremus, quidquid inde mali nobis evenire possiet.

Primo perhibet Regem temporalibus in rebus obnoxium sibi, & has a se natum esse: cum Rex omnesque Galliani nunquam non contenderint regni temporalia soli deberi Deo. Deinde regni Præsules ac Doctores ad se accivit, ut arceat injurias, quas Regem ac Praetores ejus Clero, nobis, & universo populo inferre dicit: quamvis nec illi, nec nos nisi ex autoritate regia his in rebus quidquam corrigi cupiamus. Proceres pergunt easdem de Papa querimonias jactare, quas Rex in conventu proposuerat: & adjungunt: Acerbissimo

Secul. XIV.
A. C. 1302.

cum dolore dicimus talia placere nullo bonæ voluntatis homini posse; nec mini unquam venisse in mentem; nec potuisse expectari nisi pro Antichristi tempore. Et quamvis ille affirmet se vestro de consilio id agere, non adducimur, ut credamus vos consentire tales in novitates, & tam insana molimina. Idcirco tale his remedium adhibeatis, precamur, ut consensio inter Ecclesiam ac regnum conservetur, & ad sacrum iter transmarinum aliaque opera bona utiliter applicari queant animi. Facite, ut mentem vestram resciamus per hunc tabellarium, quem ad vos hac sola de causa mittimus: & persuasum vobis habete nos nec vitæ nec mortis causa hanc actionem relicturos esse, etiamsi Rex in id consentiret. Epistolæ appensa sunt sigilla unius & triginta Optimatum, qui nominantur ibi, & quorum primarii sunt Ludovicus Comes Ebroicensis, tertius Regis Philippi Audacis filius, Robertus Artesiæ Comes, Robertus Burgundiæ, Joannes Britanniae, ac Fride-ricus Lotharingiæ Duces.

H h 4

§. X.

Sæcul. XIV.
A. C. 1302.

§. X.

Res Hungariæ.

- Rayn.* 1301.
n. 4. Interim Papa Bonifacius conabatur Hungariam comparare juveni Charoberto seu Carolo Roberto nepoti Caroli Claudi Regis Neapolitani. Anno prior Legatum in Hungariam misit Nicolaum Tarvisinum Cardinalem Episcopum Ostiensem ex Ordine Prædicatorum, in regiones vicinas, Poloniam, Dalmatiam, Croatiam, Serviam extendens legationem. Hujus finis erat sedatio Hungariæ in duas divisæ partes Caroli & Andreæ Veneti: & quo plus autoritatis Legato esset, Papa permisit, ut ille gereret, sed in Hungaria solum, insignia Legatorum *A Latere* transeuntium mare, ac personam Papæ sustinentium. *Diploma* ei Papa dedit 13 Maji an. 1301: ac per epistolam totum regni Clerum iussit Legato & comitatui ejus cuncta ferre subsidia ad securitatem viarum, ad victuras victumque necessaria.
- Sup.* 1. 89.
§. 24. Rege Andrea Veneto paulo post vita funeto, Hungariæ Proceres, qui ejus partes susceperant, mense Julio anni 1301 Wenceslaum Bohemiæ Regem curabant rogandum, ut Hungariæ possessionem caperet, ne perdamus, inquietabant, libertatem nostram, si Regem ab Ecclesia accipere
- Rayn.* n. 6.
- J. Thurocz.*
c. 83. 84.

ciperemus. Evocabant vero Wences-^{Sæcul. XIV.}
 laum ideo, quod aviam maternam ha-^{A.C. 1302.}
 beret Annam filiam Belæ IV Regis
 Hungariæ. Wenceslaus, cum esset æ-^{Ranzan.}
 tate provecta, & ex Bohemia nollet^{p. 240.}
 discedere, respondit se suum in Hun-
 gariam jus totum transferre ad suum
 filium pariter Wenceslaum nomine.
 Abductum igitur adolescentem hunc
 Principem vocarunt Ladislaum; & in
 urbe Alba Regali vacante Strigonenfi
 sede per Joannem Archiepiscopum Co-
 locianum coronari volvere: cui assiste-
 bant Andreas Agriæ, Emericus Vara-
 dini, Haabus Vacciæ, Antonius Gen-
 dii, Nicolaus Bosnici, & Jacobus Se-
 pusæ Episcopi.

Papa Bonifacius rem compertam^{Rayn. 1301.}
 molestissime ferens ad Episcopum O-^{n. 7.}
 stiensem suum Legatum epistolam scri-
 psit in hanc sententiam: Romanus Pon-
 tificex a Deo Regibus regnisque præposi-
 tus, supremum Ecclesiæ militantis ca-
 put, cunctos inter mortales principem
 tenens locum, tranquille *sedet in solio*^{Prov. 20. v. 3.}
judicii, & dissipat omne malum intuitu
suo. Ac deinde: Post tuum abitum
 audivimus Colocianum Archiepiscopum
 quibusdam Episcopis, Præsulibus, Baro-
 nibus stipatum eo audaciæ, seu potius
 insanix processisse, ut Wenceslao Bohe-
 miæ Regis filio Hungaricam coronam

Secul. XIV.
A.C. 1302.

Sup. lib. 58.
§. 8.

Hebr. 5. v. 4.

Thurocz.
c. 84.

Rayn. 1302.
n. 10.

imponeret, tuo adventu in regnum, quod propediem intraturus eras, neutiquam expectato; nec considerans hanc functionem pertinere ad Archiepiscopum Strigoniensem; Wenceslaum in Hungariam nullum, quod sciamus, habere jus; & in dubio saltem consulendos, esse nos, aut te hac in regione nostras agentem partes. Et postea: Id quoque noveris, oportet, Sanctum Stephanum primum Hungariæ Regem Christianum, obtulisse donasseque hoc regnum Ecclesiæ Romanæ, nec coronam ejus accipere sua ex autoritate, sed a Christi Vicario voluisse, probe scientem illud sacri codicis: *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo.* Papa finit præcipiendo, ut Legatus Archiepiscopum Colocianum jubeat intra quatuor menses adesse in Romana curia, alioqui munere privandum. Dabat 17 Oct. 1301. Sed is paulo post coronatum Wenceslaum obiit. His in litteris Papa duobus Scripturæ locis abutitur sibi tribuens, quod in Proverbiis dicitur de autoritate regia; & ad Reges applicans, quod S. Paulus asserit de vocatis ad sacerdotium. Bonifacius simul ad Wenceslaum Bohemiæ Regem scripsit epistolam, quam concludebat his verbis: Siquod jus in Hungariam vel alias regiones sit tibi aut filio tuo, easque

a no

a nobis postules, tibi conservare integras parati sumus.

Sæcul XIV.
A.C. 1302.

Cardinalis Legatus Episcopus Ostiensis delatus in Hungariam, convocatis omnibus regni Præsulibus conciliare pacem pro viribus conabatur. Sed nihil se agere videns, Viennam Austriæ petiit: unde Papam rem edocuit an. 1302.

Hist. Aust.
an. 1302.

Interim Rex Bohemiæ Wenceslaus ad Papam responsum per Canonicum Pragensem juris canonici Doctorem misit. Contendebat suum filium esse legitime cooptatum in Regem Hungariæ; Papamque, ut ei faveret, orabat. Bonifacius hæc reposuit: Deus apostolicam sedem super Reges ac regna constituit, ut ab ea suum quisque jus obtineat. Maria vero Regina Siciliæ affirmat Hungariam esse suam sui que nepotis Caroli. Proin sine damno ejus tuæ petitioni annuere nequimus. Sed ut toti nos obipræbeamus æquos, statuimus ad nos vocare te, hanc Reginam, nepotem ejus, cæterosque omnes, quorum interest.

Rayn. 1302.
n. 20.

n. 21.

Wenceslaus in epistola sua se non modo Bohemiæ, sed & Poloniæ Regem dixerat. Id ei veluti perduellionem Papa vehementer exprobrat, pro re nota habens Poloniam spectare ad sacram Sedem. Vetamus igitur stricte, addebat, sub pœnis sacris profanisque, ne amplius adhibeas nomen ac figillum Regis Polonorum,

n. 22.

Sæcul. XIV.

A. C. 1302.

Hist. Austr.

norum, aut functionem ejus agas aliquam. Sed ad servanda tibi jura, quæ hoc ad regnum habere potes, offerimus nos, si nobis ea legitime probes. Dabat 10 Junii an. 1302. Legatus Papæ jussu circumvenerat competitores Hungariæ. Sed hoc sententiam non ante annum sequentem tulit.

§. XI.

Joannes Patriarcha Constantinopolitanus dignitatem abdicat.

*Pachym. l. 10
c. 27.*

Ecclesiam Græcam continuis agitatum turbis pacare frustra studebat Imperator Andronicus. Hilarion Episcopus Selibrianus quoddam crimen Patriarchæ Joanni Cosmæ illatum Imperatori clam indicavit, non quod ipse id committentem viderit, sed quod a teste oculato audierit. Hic autem primus delator decesserat, & aliunde notus fuerat calumniator: sed & Episcopus negabat se fidem tribuere huic accusationi: quæ reapse incredibilis erat, nulloque modo probabilis. Imperator eam permagnè ferre judicans ægre tulit: & quamvis ei fidem non haberet, silentio sibi prementem censuit ob indignitatem falsitatemque rei.

Interim

Interim Episcopi, exceptis quibusdam cum Patriarcha concordibus, hunc urgebant, ut Joannem Ephesinum in statum pristinum restitueret. Imperator illum ad hoc non compellendum credebat, etsi cum aliis id optaret, eoque concurreret: sed nolebat hanc ob causam schisma cum Patriarcha fieri. Accidit autem, ut malus de isto rumor dimanaret maxime illorum opera, qui non amabant hunc Præsulem, ac velut sine consilio calumniam amplificabant, ut haberent obtentum, quo se ab eo disjungerent. Tum Imperator Selibrianum Episcopum id secretum aliis quoque detexisse suspicans, nec se ad id celandum porro obstrictum ratus asseruit Episcopum fuisse primum, qui hoc ipsi dixerit. Res usque ad Patriarcham venit: qui atrocissimo doloris sensu pæne exanimatus, quod primus calumniæ author non viveret, Episcopum Selibrianum de illa in concilio accusavit, iniustam famæ suæ maculam detergi cupiens. Inter omnes convenit æquum peti. Sed aliqui excusabant Episcopum, quod rem non dixisset tanquam sibi per se cognitam, nec ad modum accusationis; sed Imperatori confidisset, occultam permansuram credens.

Patriarcha propterea sæpius Episcopos vocavit in concilium. Sed contraria

Sæcul. XIV.
A.C. 1302.

Sup. lib. 88.
§. 54-55.

Pachym.
c. 28.

Sæcul. XIV
A.C. 1302.

ria in studia distrahebantur. Libenter veniebant alii, Episcopum Selibrienlem damnare parati, quod indecorum esset tales sermones ad Imperatorem referre. Alii varia causabantur, ut differrent suam in concilio præsentiam, bonamque spem faciebant accusato. Sic agere videbantur ideo, quod Patriarchæ ob Episcopum Ephesinum essent infensi. Tandem patientiam amisit Patriarcha, aliunde se contemptum ob ignorantiam & simplicitatem suam videns. Cum igitur quodam die cum Episcoporum parte sedens in concilio reliquos usque ad diei finem expectasset, ardore bilis abreptus ferociter discessit, contestando affirmans, se inter eos, quidquid agerent, in posterum nunquam conspectum iri. Hæc autem vulgari suo sermone Græco pronuntiantebatur dictione, quam plures pro quadam jurandi formula accipiebant. Id contigit die Veneris 6 Julii anno 1302. Ille in monasterium Beatissimæ Virginis, ubi commorari consueverat, se recepti suorum uno vel duobus relictis, qui patriarchale palatium custodirent: neque enim dignitatem plane deponere cogitabat.

N. Gregor.
l. 6. c. 11.

v. Maur.
David Animadv. p. 40

6. 29.

Attamen post aliquot dies ad Imperatorem litteras abdicationis misit huic Principi ac Episcopis inscriptas; in quibus ait: Expiandis solum noxis intentus

Sæcul. XIV.
A.C. 1302.

tus meis suavem ducebam vitam, quando cogebam, ut Deus scit, solium patriarchale conscendere. Injurias dein accipi nemini non cognitatas, & simul Ecclesiam totam violantes, cujus sum caput post Christum Dominum. Tantam post ignominiam fervare hanc dignitatem nec decorum est, nec æquum. Compulsus juravi me illam abdicaturum: & sto verbo meo. Patriarchæ proin munus, ac, ne ullam offensionis speciem deinceps præbeam, sacerdotium quoque depono meum, quo quidem charius nihil habeo. Simul violatoribus meis, eorum sociis, & illis, qui ad fidem illis adjungendam abripi se passi fuere, plenam do veniam, ac Deum, ut eis pariter ignoscat, precor. Si quod malum spirituale aut temporarium Ecclesiæ vel populo Christiano eveniat, per Christi gratiam sum extra culpam. Nota Patriarcham Constantinopolitanum his in litteris se dicere caput Ecclesiæ universæ. Quibus scriptis & subsignatis ab ipsis episcopatus insignibus abstinens in magna quiete mansit.

Imperator Andronicus eas nactus, nondum apertas ob scrupulum igni traditurus erat, ut antea semel fecerat: legi tamen jussit: cumque Patriarcham jurasse abdicationem audiret, graviter commotus, quid Episcopi censerent, nosse voluit.

§. XII.

Sæcul. XIV.
A.C. 1302.

§. XII.

*Othmanus Turcarum Sultanus
primus.*

Pococ. suppl.
p. 41.
Bibl. orient.
p. 697.

Verum, ne huic negotio curam tantam, quantam id postulabat, impenderet, prohibebat miserabilis status Imperii, quod ex omni parte, præsertim in Anatolia invadebant Turcæ ductu celeberrimi Othmani. Habuerat is patrem Ortogrulum filium Solimani, primi, quem scimus, hac ex familia Principis, quæ veniens e loco trans Euphratem sito in Anatolia sedem posuit sub præsidio Alaëddini Sultani Iconii e stirpe Turcarum Seljucidarum. Ortogrul decesserat anno 1288, Epochæ Arabicæ 687; & hujus anno 699, Christi 1299 Othman illius filius ab Alaëddino impetravit titulum Sultani in locis, quæ Græcis eripuerat. Tale fuit initium familiæ Turcarum Othomanorum Constantinopoli hodie regnantis.

§. XIII.

*Leonardus Constantinopolitanus Pa-
triarcha Latinus.*

Interim Papa pergebat hujus urbis Patriarchas Latinos dicere. Cum Patriceo Justinianus an. 1286, ac Petrus successit.

successor ejus fuissent mortui, solus, qui saecul. XIV. hac in Ecclesia restabat, Canonicus ab-
A. C. 1302.
 sentibus reliquis elegit Patriarcham; qui
Sup. lib. 84.
 vero suum jus Papæ arbitrio cessit. Ea
§. 12.
 res huic præbebat ansam scribendi ge-
Ruyn. 1286.
 nerales litteras ad Canonicos patriarcha-
n. 35. 1302.
 lium quatuor Ecclesiarum Constantino-
n. 27.
 politanæ, Alexandrinæ, Antiochenæ, ac
 Hierosolymitanæ. Præcipiebat, ut,
 quamdiu his in locis dominarentur schis-
 matici, aut ethnici, nullus eligeretur Pa-
 triarcha sine permisso Summæ Sedis, cui
 vacatio quamprimum indicaretur. Da-
 bat 23 Dec. 1302. Idcirco Papa Boni-
 facius per diploma ultimo Martii anno
 1302 editum Leonardum Venetæ ad S.
 Bartholomæum parocciæ Curionem no-
 minavit Patriarcham Constantinopoli-
 tum; & quia in urbe a Græcis occupa-
 ta residere non poterat, eundem fecit Ar-
 chiepiscopum Cretæ, seu Candiaë tunc ad
 Venetos pertinentis.

§. XIV.

Concilium Rupe Fidei habitum.

Consalvus III. Archiepiscopus Toleta-
 nus, Castellæ Cancellarius, & antea
 Episcopus Conchanus Rupe Fidei in ve-
 tere Castella concilium celebravit i A-
80. II. conc.
 prilis coeptum, & 13 Maji finitum hoc
p. 2444, 2453
 anno 1302. Aderant ex Suffraganeis
Hist. Eccles. Tom. XXII. li ejus

- Sæcul. XIV. ejus Alvarus Palantiæ, Bernardus Segor-
 A. C. 1202. viæ, Simon Seguntia, Joannes Auxi-
 Mariana. mæ, Pascalis Conchæ Episcopi. Ede-
 bantur tredecim canones ad inhibenda
 l. 15. c. 5. eadem, quæ in aliis illius temporis con-
 ciliis leguntur, vitia, concubinatum cog-
 nitum Clericorum, usuras, contemptum
 c. 2. immunitatis Ecclesiarum, injustam occupa-
 tionem bonorum ad eas spectantium:
 c. 9. 13. ac remedia, quæ omnibus his malis affe-
 c. 15. runtur, sunt anathemata & interdicta.
 En illa, quæ mihi videntur memorabilia.
 c. 1. Omnes Clerici sacris in Ordinibus consti-
 tuti, aut beneficiis præditi quotidie, sicut
 tenentur, preces horarias recitabunt, alioquin ad tempus excludendi functioni-
 bus, & fructibus privandi. In quovis
 c. 12. templo post partem ultimam pensæ eccle-
 siastici singulis diebus contenta voce can-
 tabitur *Salve Regina!* Sacerdos, qui pa-
 c. 3. rochianum Sacramentis pœnitentiæ ac
 Eucharistiæ immunitum mori per suam
 negligentiam passus fuerit, beneficio exue-
 c. 4. tur suo. Parochus illis, quos confes-
 sos esse non sciverit, denegabat sacram
 communionem. Sacerdos, qui confes-
 c. 5. sionem detexerit, perpetuo carceri man-
 dabitur, ubi pane tantum & aqua vivet.
 c. 8. Panem consecrationi destinatum Sacer-
 dotes ipsi facient, vel sua in præsentia
 c. 10. per alios Ecclesiæ ministros fieri curabunt. Judæis & Mahometanis sacro fon-

te ablutis salva erunt bona sua, ne ho-
rum jacturae metus ab amplexu sanæ fi-
dei eos avertat. Non fructuum modo, sed
rerum omnium bene partarum decima
pendetur, quippe per quam agnoscatur
supremum Dei dominium. Papæ Bonifa-
cii diploma *Clericis laicos*, in Francia tan-
topere impugnatum, accipit hoc Conci-
lium, imperatque, ut omnes provinciæ
Toletanæ Episcopi suis in diocelibus id
promulgandum curent. Conqueritur
potentes quosdam conari libertatem ac
privilegia Ecclesiarum infringere pen-
sionibus indebitis eas onerando. Qua-
propter, si Regina vel Regum filii has
eis vexationes inferant, Concilium vult
Episcopum loci denunciare illis, ut Ec-
clesiæ faciant satis, & nisi intra men-
sis spatium id agant, eorum terras in
ipsius diocesi positas interdicto affice-
re. Postea præscribit modum tractan-
di Ordinum militarium Equites, qui
talia contra Ecclesiæ jura molirentur:
id, quod indicat nos Religiosos vix mo-
derationes fuisse hominibus profanis.

secul XIV.
A.C. 1302.
c. 6.
Sup. Lib. 89.
c. 42.
c. 13.

§. XV.

*In Principibus Castellæ natalium nota
deletur.*

Regina, de qua loquitur id Concilium,
erat Maria Molina vidua Regis San-
ctii

Fi 2

Sæcul. XIV.
A. C. 1302.

Mariana
l. 14. c. 15.

l. 15. c. 2.

c. 5.

Rayn. 1283.
n. 57.

Sup. lib. 88.

S. 5.

Rayn. 1301.

n. 19.

Mar. c. 5.

Sup. lib. 75.

S. 42.

Inn. ep. to. I.

p. 684.

ctii Magnanimi, qui, cum annos undecim regnasset, 20 Aprilis an. 1295 moriens, sub ejus tutela suo filio nato maximo Ferdinando IV Castiliæ coronam reliquerat. Cum is adolevisset, consensus est, ut idem Constantiam filiam Dionysii Lusitaniæ Regis, & hujus filius Alphonsus Beatricem Ferdinandi sororem in matrimonium duceret. Sed quod cognati essent, laxamento legis habebant opus: & Papa Bonifacius initium sumpsit a Ferdinandi cooptatione in ingenuos. Nam Sanctius Mariam etsi tertio in gradu propinquam sibi junxerat connubio, servaveratque sine gratia legis, immo contra claram inhibitionem Papæ Martini IV. Regina igitur Maria Papam Bonifacium per Legatos oravit, ut ingenuis adscriberet ipsius quinque liberos ex Rege Sanctio, tres filios, Ferdinandum, Petrum, Philippum, & duas filias Isabellam, ac Beatricem. Multi negabant conjugium mortui ratus fieri posse. At Bonifacius virtute clavium cœlestium, ac potestatis suæ plenitudine nixus cunctos Reginæ liberos inter ingenuos retulit, reddiditque idoneos ad omnes dignitates sacras & profanas, ipsamque regiam. Diploma dabat 6 Sept. 1301.

Vidimus centum abhinc annis Papam Innocentium III sibi vendicasse jus annu-merandi nothos legitimis ad effectus non spiritua-

spirituales modo, verum temporales e-
 tiam, sed non sine circumscriptionibus, ut
 ne in jura summorum Principum invola-
 ret. Atque Rex Alphonsus in legibus
 pro Castella conditis loquens de Papæ
 facultate delendi vitium natalium solum
 dicit hanc gratiam obtineri ad accipien-
 dos Ordines ac beneficia.

Sæcul. XIV.
 A. C. 1302.
 C. Per vene-
 rab. Qui fil.
 S. leg.
 Sup. Lib. 88.
 C. II.
 Par. I. tit. 5.
 l. 5.

§. XVI.

*Responsum Cardinalium ad Optima-
 tes Franciæ missum.*

Cardinales Procerum Galliæ Parisiis
 præsentium epistolam nacti sic re-
 spondebant: Papa & nos benevolentiam
 & charitatem sinceram, quæ nostros an-
 tecessores inter ac Regem Franciæ Phi-
 lippum longo regnavit tempore, & fove-
 mus libenter, & firmare magis magisque
 conamur. Certe Papa nunquam scripsit
 ad Regem, debere ipsum sibi regni tem-
 poralia: & Nuncius Jacobus de Norman-
 nis negat se quidquam tale unquam di-
 xisse Regi. Itaque proposito, quam Pe-
 trus Classius in præsentia Regis, Præsul-
 lum, vestraque fecit, caret fundamento.
 Hæc inficiatio est notatu digna: sed, an
 sit candida, judicare lector potest. Lit-
 teræ continuantur: Præsules ac Docto-
 res tanquam viri Philippo neutiquam su-

Differ. p. 63.

Sæcul. XIV. specti, sed chari addictique vocati sunt
 A. C. 1302. ad deliberandum, quid agendum esset?

Nihil est novi Summam Sedem
 vocare concilia, seu peculiaria sunt, seu
 generalia. Sed Papa sic colit ac ob-
 servat Regem, ut omittat concilium
 generale, cui forsitan interessent Præ-
 sules nationum, ei parum faventium.
 Sane si vobis rite exposita fuisset sum-
 ma epistolæ per Nuncium porrectæ,
 debuissetis gratias agere Deo & Papæ
 pro paterna cura, qua felicitati Gal-
 liæ, ac rerum indignarum correctioni
 providet.

Si Papa oneravit Ecclesiam Gal-
 licam, id egit concedendo Regi decem
 annos, & nominatum
 ab eo Canonicum in quavis Ecclesia
 cathedrali, collegialique, ut vocant, con-
 stituendo. Dignitates, aliaque conse-
 rens beneficia parem respectum habuit
 ad Regem, Præsules, & quosdam ve-
 strum. Denique Regi ac vobis sæpe
 legis gratiam fecit, quæ vix agnosceret.
 Præterea nemo prudens dubitat, quin
 Papa ut caput Ecclesiæ in quolibet
 homine vivo reprehendere noxam queat.
 Cæterum non meminimus Papam com-
 misisse Italis Ecclesias Franciæ cathedra-
 lis præterquam Bituricensem, & Arto-
 batinam, quibus præfecit viros mihi
 me suspectos Regi, doctrinaque ac me-
 ritis

ritis excellentes. Archiepiscopus Bituricensis erat Ægidius Romanus, cujus mentionem fecimus: Ecclesiæ Attrebatinæ præerat Gerardus Pigalottus, antehac Episcopus Anagniniensis, & postea Spoletinus.

Sæcul. XIV.
A. C. 1302.
Sup. lib. 89.
§. 45.
Gall. Chr.
to. 2. p. 217.
Ital. Sæc.
to. 1. p. 358.

Epistola porro sic sonat: Quisnam alius Papa longius extendit formam provisionum in gratiam Clericorum inopum ac per quosdam Præsules ad mendicitatem pæne redactorum? Quoties Papa contulit beneficia vacantia, vel vacatura, nonne illa obtinebant oriundi ex regno, ac domestici Regis, Præsulum, aut vestri? Demum, ut dicamus ingenue, nec decorum fuit, nec vobis licuit Papam Bonifacium non ex more vocare Patrem sanctum, sed circuitione quadam nova & parum reverente uti. Has litteras vobis rite ac fideliter exponi curate! Nempe plerique horum Procerum non sciebant Latine. Epistola data est 26 Jun. 1302.

§. XVII.

Papa respondet Præsulibus Gallicæ.

Etiam Papa respondit ad epistolam Præsulum, initio Ecclesiam Gallicam appellans filiam insanam, cujus verba inconsiderata Ecclesia Romana velut mater charitatis plena cum commiseratione sufferat.

Diff. p. 65.
Hocsem.
epist. Leod.
c. 29.

Sæcul. XIV. sufferat. Aliunde novimus, addit, ea
 A.C. 1302. quæ Petrus Classius corpore luscus, ani-
 moque cæcus, & quidam alii in senatu
 Parisiis habito protulere, ut Franciæ Re-
 gem in præcipitem locum ducerent. Ve-
 strum erat illis obistere. At metus
 potestatum temporalium vicit. Saltem
 hos sermones schismaticos non auscul-
 tare, aut postea non referre debebatis.
 Dum temporalia spiritualibus non esse
 obnoxia dicuntur, nonne eo tenditur,
 ut duo statuatur principia? Litteras
 sic finiebat: Profecto gerentes morem
 læti videbimus, & inobsequentes pro-
 ratione culpæ suæ puniemus.

§. XVIII.

Diploma: Unam sanctam.

Vita Bonif.
ap. Rayn.
 n. 12.
Bern. Guid.
 to. II. conc.
 p. 2444.
Rayn. n. 13.
Extrav.
comm. De
major.

Plerorumque Præsulum Gallorum ab-
 sentia Papam Bonifacium non im-
 pediebat, quin convocatum anno prio-
 re concilium Romæ celebraret 30. Octo-
 bre 1302. Magnum ibi strepitum faciebat,
 & minas jactabat in Regem Philippum
 Pulchrum; sed exequi omisit: tantum-
 modo pro concilii hujus opere habe-
 tur nota decretalis: *Unam sanctam*, cu-
 jus hic summam vide! Unam sanctam
 catholicam, & apostolicam Ecclesiam
 credimus & confitemur, extra quam
 non sit salus: agnoscimus etiam eam
 esse

esse unicam, & unum corpus, unicum-
 que habere caput, non duo veluti mon-
 strum. Id unicum caput est Christus, &
 S. Petrus ejus Vicarius, sanctique Petri
 successor. Sive igitur Græci, sive alii
 negent se huic successoribus subjectos esse,
 fateantur, oportet, se non esse oves Chri-
 sti, cum ipse dixerit: *Fiet unum ovile &*
unus pastor. Joan. 10.
v. 16.

Hac in Ecclesia, & sub ejus potesta-
 te duos esse gladios docemur. Spiritua-
 lis alter ab Ecclesia manu Papæ, alter
 temporalis pro Ecclesia manibus Regum
 ac militum tractari debet imperante aut
 permittente Papa. Sed decet gladium
 esse sub gladio, temporalem scilicet po-
 testatem spirituali subjici: alioqui care-
 rent ordine, quem statuit Apostolus. Ut
 testatur veritas, potestas spiritualis de-
 bet temporalem instituire, ac judicare:
 & sic comprobatur de Ecclesia vaticina-
 tio Jeremiæ: *Constitui te super gentes &*
regna &c. Errantem itaque potestatem
 profanam sacra, sacram inferiorem supe-
 rior, supremam solus judicabit Deus, di-
 cente Apostolo: *Spiritualis homo judi-*
cat omnia, & ipse a nemine judicatur. 1. Cor. 2. 15.

Quisquis resistit huic potestati, Dei ordi-
 nationi resistit: nisi Manetis instar duo-
 singat esse principia, quod falsum ac hæ-
 reticum judicamus. Denique declara-
 mus ac statuimus cuivis homini creato

Sæcul. XIV. ad salutem opus esse, ut Romano Pontifici se submittat. Dabat 18 Novembr.
 A. C. 1202.
 1302.

Hac in sanctione solerter distinguenda est expositio a decisione. Tota expositio pertinet ad probandum, potestatem profanam esse subjectam sacrae; & Papam haberi jus instituendi, corrigendique, ac exauthorandi summos Principes. Interim Bonifacius quantumvis promptus ad magna molimina, non audebat inferre hanc consequentiam ex suis principiis naturaliter fluentem: aut potius Deus id non permisit. Sed ille satis habuit statuere generaliter, quemlibet hominem esse obnoxium Papæ: quod nemo catholicus in dubium vocat, dummodo hæc propositio restringatur spirituales ad potestatem. Et, ut vidimus, centum abhinc annos Papa Innocentius III aperte fatebatur a Rege Gallia neminem agnosci superiores in temporalibus. Illa objectio, quod cum Manichæis admittat duo principia, quisquis potestatem profanam sacrae subjectam neget; hæc, inquam, exprobratio cadit in omnes veteres, ac nominatim in Papam S. Gelasium clare dicentem: Rationes, quibus præcipue regitur orbis, sunt duæ, autoritas sacra Episcoporum, ac potestas regia. Idem semper Imperatorem alloquens inquit;

*c. Per vener.
 Sup. lib. 75.
 §. 42.*

*Gel. epist. 8.
 Sup. lib. 30.
 §. 31.*

quit: Episcopi obtemperant tuis legibus Sæcul. XIV.
A.C. 1302.
secundum temporalia, gnari te potestatem
a Cælo accepisse. Manichæi statuebant
duas potestates oppositas, nemini subje-
ctas, & quasi duo Numina. E contrario
duæ potestates, quas nos agnoscimus,
& equaliter a Deo profectæ consentire in-
ter se, ac sibi mutuo subvenire debent.

Eadem die 18 Novembris, qua Ro- *Rayn.*
mæ dedicatio basilicæ S. Petri celebra- 1302. n. 14.
tur, Papa Bonifacius alias edebat litte-
ras, per quas execratione generali de-
vincit cunctos interceptores, spoliatores-
que, ac moratores euntium ad Summam
Sedem, aut inde revertentium, & ob-
stantes illis, ne libere ad eam veniant;
istamque censuram extendit in omnes
cujuscunque dignitatis homines, etiam
in Reges ac Imperatores, & ita quidem,
ut nullum obstet privilegium libertatis ab
anathemate subeundo. Etsi vero hæc
proscriptio fuerit generalis, & per anti-
quam consuetudinem introducta contra
moratores itineris Romani, ex ratione
temporis illius patebat eam potissimum
spectasse ad Regem Philippum Pulchrum,
quippe qui vetuisset, ne Galliæ Præsules
Papæ obediendi gratia inde abirent: &
Bonifacius ea de re satis animum expli-
cuit suum.

Sæcul. XIV.

A. C. 1302.

§. XIX.

*Cardinalis Moinius Papæ Legatus
in Francia.*

Rayn. n. 15.

Sup. l. 89.

§. 30.

Rayn.

1302. n. 34.

Diff. p. 90.

Modico post tempore, scilicet 24 Novembris Joannem Moinium Cardinalem Presbyterum de S. Marcellino creatum a Cœlestino V. anno 1294. in Franciam Legatum misit cum potestate Regem Philippum absolvendi, si peteret, ab anathemate, in quod eum incurrit aiebat. Mandatum huic Legato tractatum continebat duodecim capita Regis menti contraria, quæ summam sequuntur. I. Rex revocet edictum, quo prohibuit, ne Episcopi, alique viri ecclesiastici venirent Romam, quo ipsos acciveramus in primum Novembris hujus diei removeat manus in bona ecclesiastica hanc ob causam injectas; ac ea de re omnino satisfaciat. II. Papa (sic expones Regi) præcipuam habet potestatem conferendi beneficia in curia Romana vel alibi vacantia: & laici cujuscunque collatio nullum cuiquam jus tribuit sine consensu Summæ Sedis. III. Papa libere Legatos & Nuncios in regna omnia cæteraque loca pro arbitrio suo potest mittere sine cujusquam petitione aut consensu, non obstante quavis consuetudine contraria. IV. Ecclesiasticorum proventuum

ventuum bonorumque administratio ad Sæcul XIV.
 laicum nullum pertinet: & Papæ con- A. C. 1302.
 venit ea dispensandi potestas summa,
 ita, ut exigere possit centesimam, de-
 cimam, & quamlibet partem, prout ex-
 pedire viderit. V. Nec Regi, nec alii
 laico, præterquam in casibus, quorum
 mentio in jure fit, bona ecclesiastica
 occupare licet, vel ad suum tribunal
 trahere Clericos ob actiones, quas per-
 sonales vocant, aut propter bona be-
 neficario jure nulli obstricta laico. Quæ
 res Præfules impedit ab usu gladii spi-
 ritualis præsertim in coenobia, quorum
 tutorem Rex agit. VI. Quia coram
 Rege neutiquam vetante per contem-
 ptum Summæ Sedis palam combustæ
 sunt litteræ, quarum sigillum Aposto-
 lorum imagines, ac nostrum exhibuit
 nomen, ille per procuratorem ad nos
 veniat se purgaturus, si poterit, nobis-
 que morem gerendi causa: & in poenam
 tanti criminis statuimus infirmare cun-
 cta privilegia per nos & antecessores no-
 stros ipsi, familiæque, & administris e-
 jus concessa. VII. Cathedralium Ec-
 clesiarum vacantium tutela, quam jus
 regium vocant, non abutatur cædendo
 sylvas, negligendo ædificia, & fructus
 ultra impensas ad custodiam necessa-
 rias consumendo. VIII. Insuper habi-
 tis privilegiis suis usum gladii spiritua-
 lis

Sæcul. XIV. A.C. 1302. lis Præfultibus reddat. — IX. Per mentem breve intra tempus bis mutatam illatum Clero & laicis damnum grave Regi ponendum ob oculos est, ut id compenlet, prout tenetur. X. In memoriam quoque revocanda sunt ei s. a. suorumque malefacta, quæ memoravimus in epistola clausa, quam per Jacobum Notarium nostrum accepit: hic erat Nuncius Jacobus de Normannis. XI. Sequitur caput longum de Lugduno, quod ad Ecclesiam Lugdunensem, non ad Franciam, immo ne ad forum quidem regium spectare contendit Papa. Idcirco prohibet, ne Rex Archiepiscopi Collegique jurisdictionem turbet, ac vult illum damna eis creata resarcire. XII. Finit mandando, se poenas sacras, profanasque, prout res postulaverit, de Rege sumpturum, nisi hic omnibus malis illis certum intra tempus ita medeatur, ut Sedes apostolica esse contenta queat.

§. XX.

Responsa Regis ad Papæ querimonias.

Diff. p. 92.

Cardinali Moinio mandatum executum dedit: eorum summam habe! I. Rex nullam fecit inhibitionem contrariam libertati eundi Romam, & inde revertendi: solum

solum ob bella, & speciatim ob sedi- Sæcul. XIV.
 tionem Flandrorum prohibuit, ne Gal- A.C. 1302.
 li indigenæ sine suo permisso exirent
 e regno; oravitque Præsules ac reli-
 quum Clerum, immo voluit, ut ne re-
 gnum ac Ecclesias suas destituerent
 tam periculo tempore, quo Regem
 consiliis subsidiisque juvare suis tene-
 rentur II. Rex beneficia non contulit
 nisi secundum jus & consuetudinem, si-
 cut Sanctus Ludovicus & cæteri ejus
 antecessores egerunt a tempore, cujus
 nulla existat memoria. Nihil hac in re
 novum vel ipse cupit, vel Papam velle
 credit. III. Rex non cogitat ingressu
 regni sui arcere Legatos, Nuncios, aut
 alium quenquam, nisi suspectum sibi.
 VI. Litteras combustas Episcopus &
 Collegium Laudunense obtinuerat con-
 tra Consules urbis: sed causa supremam
 ad Curiam delata, cum Episcopus &
 Collegium se illis uti nolle dicerent, con-
 crematæ sunt rogatu Consulium, ne ad-
 verarii sui ex iis capere fructum pos-
 sent. Qua in re nemini in mentem
 venit quidquam facere per contemptum
 Papæ aut Ecclesiæ. IX. Rex ob ne-
 cessitatem tuendi regnum descendit ad
 consilium mutandi monetam pro pote-
 state sua & ex more suorum anteces- Leblanc.
 sorum: orantibus tamen subditis rei mon. p. 213.
 nummariae jam sic providit, ut con- 214. &c.
 querendi

Sæcul. XIV.
A.C. 1302.

querendi causam brevi nemo sit habiturus. Verum est Regem Philippum Pulchrum ab anno 1296 monetarum pondus & probitatem haud parum minuisse: nec alia re magis regimen maculavit suum.

Responsa cæteras ad querelas sunt generaliora. Plerumque Rex negat factum; atque, si Administrum sui indignum quidquam commiserint, se congruens malo remedium allaturum spondet. Significat suum desiderium fovendi Romanæ cum Ecclesia pacem & concordiam. Obsecrat, ut Papa operam suam eo conferat, sibi que liceat libertate ac privilegiis placide uti suis. Denique declarat se in difficultatibus, quæ forsitan reitarent, assensurum consiliis Ducum Britanniae ac Burgundiae, quorum fidem etiam Papa illas se commissurum esse premisisset.

Sat reverens erat hæc responsio Regis, qui nemini debebat reddere rationem regiminis sui; Papæ tamen non locutis satis: ut liquet ex epistola, quam is 24 Febr. 1303 scripsit ad Carolum Valensium Regis fratrem; ubi sic loquebatur. Accepimus nuper litteras Cardinalis de S. Marcellino, continentes responsa Regis fratris tui ad querimonias, quas huic ille nomine nostro proposuit: & vidimus ea repugnare veritatibus certis, rationi, æquitati, & fiduciæ, quam Episcopus Antilio-

Rayn. n. 34.

Antissiodorensis & tu mihi dedistis Roma ^{Sæcul. XIV.}
 abeuntes in Franciam. Quapropter Car- ^{A. C. 1303.}
 dinali scribimus nos his responsis haud
 contentos esse: sciasque, nisi Rex ea
 corrigat, nos illi spirituales temporales-
 que poenas, prout nobis visum fuerit, ir-
 rogaturos.

§. XXI.

Nogareti libellus contra Papam.

Ingravescente in dies causa Rex Philip-
 pus in Parisina regia sua Lupara con-
 ventum habuit 12 Martii anno 1302, Bo-
 nifacii pontificatus nono, indictione pri-
 ma, nimirum anno Christi 1303 ante Pa-
 scha. Congressi sunt quinque Præsules *Diff. p. 56.*
 nempe Archiepiscopi Senonum, &
 Narbonis, Episcopi Meldan. Niverni-
 nus, & Antissiodorensis; Carolus Vale-
 siae, ac Ludovicus Ebroicarum Comites,
 Regisque fratres, Robertus Burgundiae
 Dux, & multi alii consulto accersiti: Rex
 ipse aderat: cui Guilielmus Nogaretus
 Eques ac legum Professor obtulit libel-
 lum, & viva voce pronunciatum reliquit.
 Hic sermonis instar per locum scripturae
 ex more illius temporis inchoatus solen-
 nem continebat accusationem Papæ Bo-
 nifacii redactam in hæc quatuor capita:
 I. Contendo eum non esse Papam; se-
 dem perperam occupare, & malis arti-
 Hist. Eccles. Tom. XXII. K k bus

Sæcul. XIV. bus adiisse. II. Esse hæreticum mani-
 festum. III. Vitiatum nundinatione fa-
 crorum tam horribili, ut palam dixerit
 se non posse committere mercatum fa-
 crilegum. IV. Coopertum denique nu-
 meris noxis atrocibus, iisque adeo
 induratum, ut nullum correctioni locum
 relinquat, nec tolerari possit amplius sine
 disturbance Ecclesiæ.

Quocirca summopere peto, Teque o
 Rex, ac vos Præsules, Doctores, & quot
 quot adestis, obsecro, ut Principes Præ-
 sulesque, præsertim Cardinales adhe-
 rentini ad convocandum concilium ge-
 nerale, in quo post hujus miseri damna-
 tionem Cardinales Ecclesiæ de pastore
 provideant, & ego meam accusationem
 persequare. Interim, cum hic homo su-
 periores non habeat, a quo declaretur
 exclusus functionibus, posco, ut in carce-
 rem mittatur, & vos cum Cardinalibus
 Ecclesiæ Romanæ Vicarium constitu-
 tis, omnem schismatis occasionem tol-
 lendi gratia, donec habeamus Papam.
 Hoc idem, o Rex, a te postulat primum
 conservatio fidei; tum dignitas regni,
 cujus est exterminare omnes improbos;
 præterea juramentum, quod dixisti de
 protegendis tui regni Ecclesiis; deni-
 que tuorum antecessorum exemplum,
 quod te adstringit ad liberandam ab op-
 pressionem Romanam Ecclesiam. Guilhel-

Diff. p. 615.

Sæcul. XIV.
A.C. 1303.

n. 11.

n. 12.

manos translatum, tum Romanorum Regem, futurum Imperatorem, cooptandi jus certis Principibus sacris & profanis attributum esse, tum Reges ac Imperatores potestatem gladii temporalis accipere. Sequitur juramentum fidei erga Papam, & confirmatio promissorum omnium factorum a Rudolpho & aliis antecessoribus. Etiam Imperatoris Ludovici Pii, ac Regis Ottonis concessionem ratas Albertus habet. Pollicetur fore, ut Sacræ Sedis jura defendat contra quoslibet ipsius inimicos, etiamsi Reges sint, aut Imperatores, nec foedus cum eis faciat, sed eos bello petat, si Papa jubeat. Hæc clausula videtur Philippum Regem respicere. Alberti litteris acceptis Bonifacius 30 Aprilis an. 1303 diploma suum dabat, in quo per plenam potestatem apostolicam illum pro Rege Romanorum accipit, eum agnoscit, ei per Imperium universum obedientiam præstari vult, & supplet, quicquid forsitan electioni ejus defuerit.

§. XXIII.

Bonifacius Fridericum agnoscit Regem Siciliae.

Eodem tempore amicitiam cum Friderico Siciliae Rege appetebat. Anno prioris

priore Carolus Valesius a bello Siculo in Franciam redire coactus, una cum Roberto Calabriae Duce Caroli Claudi Regis Neapolitani filio natu maiore agitavit consilia dirimendi controversias de Siciliae corona. Praecipuae pacti conditiones erant, ut Fridericus per omnem vitam suam summo cum imperio Siciliam possideret, ac nemini propterea ullum deberet obsequium; ut Eleonoram Regis Caroli filiam acciperet sponfam; ut Papa ratam haberet pacificationem. Haec data est 19 Aug. 1302. Confirmationem ejus Friderico Papa denegabat, donec pactum correctum, ei-que additum fuisset Siciliam jure beneficiario esse Romanae obstrictam Ecclesiae. Interim, ut Fridericum sibi adjungeret, Siciliam interdicto, illum anathemate ac legibus solvit ad ineundum cum Eleonora matrimonium. Litteras dabat 6 Decembris an. 1302.

Saecul. XIV.

A. C. 1303.

Jord. ap.

Rayn. 1302.

n. 2.

n. 3. 4.

n. 5. 6.

Rayn. 1303.

n. 24. 25.

Fridericus Papae facturis satis tres Legatos misit plena cum potestate corrigendi pactum, & quod ei deesset, supplendi. Igitur spondit fore, ut se Siciliam accepisse a Papa tanquam clientem fiduciarium profiteretur; ei quotannis festo S. Petri die ter mille unciarum auri tributum penderet; centum Equites bene armatos, quoties ei opus essent, postulanti tres in men-

K k 3 ses

Sæcul. XIV
A.C. 1303.

ses submitteret, amicos, inimicosque Romanæ Ecclesiæ pro amicis inimicisque suis haberet, ac istos, si juberetur, omni contentione virium infestaret. His conditionibus pactionem Papa confirmavit de consilio cunctorum Cardinalium. Matthæum Rubrum de Urfinis excipias. Et quia Fridericus se obtulerat ad assumendum nomen Regis Siciliæ, aut Trinacriæ, prout Rex Carolus mallet: hic Princeps titulum Regis Siciliæ servaturus per Legatos suos denunciavit non placere Fridericum dici Regem Trinacriæ: quod erat antiquum hujus insule nomen Græcum. Attamen eos Principes melius distinguendi gratia Carolus deinceps Neapolis, Fridericum Siciliæ vocabo Reges ex more, qui prævaluit. Diploma confirmationis pacti hujus editum est 21 Maji anno 1303.

§. XXIV.

Charobertus declaratur Rex Hungariæ.

Mox dein Papa decidit litem de regno Hungarico. Partes quarum interesset, anno priore, ut vidimus, Cardinalis Legatus Nicolaus Episcopus Ostiensis ad Papam citaverat: & Maria Regina Neapolis cum nepote suo Charoberto haud

Sup. c. 10.

Rayn. 1303.

n. 17. 18. Et.

omitt

omisit per Procuratores suos se illi si-
 stere. At Wenceslaus Bohemiæ Rex
 ac filius ejus non comparuere, con-
 tenti excusare se per tres Legatos, qui
 pontificio in senatu libere negabant Re-
 gem Dominum suum velle de corona
 Hungarica litigare. Tum Papa eum re-
 putans contumacem, declaravit Hunga-
 riæ sceptrum esse hæreditarium, non
 Procerum suffragiis obnoxium, idque Re-
 ginæ Mariæ & Charoberto ejus nepoti
 adjudicavit 30 Maji an. 1303. Verum
 hæc sententia executioni mandata non
 est: atque hoc regnum bello civili arde-
 bat ut antea. Legatus Nicolaus Tarvi-
 sinus, quod cerneret se nihil agere, Ro-
 mam abiit relinquens Budam interdi-
 cto affectam. Id observabant Parochi
 & Religiosi, spernebant vero Sacerdo-
 tes aliqui, divinum peragentes officium,
 & Sacramenta publice administrantes.
 Quin etiam processerunt eo audaciæ, ut
 convocato populo & accensis lucernis
 contenta voce diris devoverent Papam,
 omnesque Hungariæ Præsules ac Reli-
 giosos.

Sæcul. XIV.
 A.C. 1303.

J. Thurot.
 c. 86.

§. XXV.

*Sanctio de privilegiis Fratrum
 Minorum.*

Sub idem tempus Papa Bonifacius san-
 ctione

K k 4

Sæcul. XIV.
A.C. 1302.

*c. 2. Extrav.
com. de Se-
pult.*

ctione quadam dijudicavit controver-
sias Præfulum & Parochorum cum Or-
dinibus Mendicantium de præconio ver-
bi divini, de administratione Pœnitenti-
æ, ac de sepulturis. Itaque pacis in-
ter eos jungendæ causa statuit sequen-
tia. Fratres horum Ordinum poterunt
concionari libere in templis suis & lo-
cis publicis, excepta hora, qua Præ-
sules sermonem habebunt, vel haberi
sua in præsentia curabunt. In templis
parochiarum non dicent ad populum
nisi rogatu aut permissu Parochorum.
Fratrum Præpositi adibunt Præsules, ac
demisse poscent, ut Fratribus, quos e-
legerint, liceat operam dare confiten-
tibus. Tum Præpositi deligent viros
huic idoneos muneri, & hoc exercen-
di copiam impetraturos sistent Præsuli-
bus. Siquis rejiciatur, substituetur al-
lius: si cuncti repudientur, nos, ait
Papa, eis facultatem damus sedendi pro
tribunali sacro.

Sepulturam Fratres apud se singu-
lis, qui petierint, tribuere poterunt; sed
ea lege, ut quartam partem omnium,
quæ hoc nomine acceperint, Parochis
tradant: qui vero nihil ultra exigent.
Cæterum hortamur Præsules Parochos-
que, ac volumus, ut Fratres benigne
habeant, nec se duros eis præbeant &
difficiles: alioquin sciant præter iram
Dei,

Dei, quam sibi accerferent, sacram Se-
dem huic rei provisoriam.

Sæcul. XIV.
A. C. 1303.

Anno 1300, decimo octavo Februa-
rii Bonifacius decretum fecerat contra
consuetudinem dividendi membratim
cadavera Principum, cæterorumque di-
gnitatis alicujus hominum, ut decoquen-
do consumptis carnibus ossa in longin-
quam regionem transferrentur, ut vidi-
mus factum corpore S. Ludovici. Pa-
pa hunc morem vocat barbariam dete-
stabilem, quam omnino prohibet sub pœ-
na anathematis in sic agentes, ac omit-
tendæ ecclesiasticæ sepulturæ corporum
ita concisorum.

Sup. lib. 86.
§. 10.

§. XXVI.

Bonifacius porro accusatur.

Papa Bonifacius pergebat ostendere non
satis factum sibi per responsa Regis
Philippi: ut docent tres ejus epistolæ eo-
dem die 13 Aprilis an. 1303 scriptæ; &
prima quidem Cardinali Moinio; altera
Carolo Valesio, quem appellat Comitem
Alenconii; tertia Episcopo Antissiodo-
rensi Petro Bellæperticano: aliasque per
litteras Cardinali eodem inscriptas die
declarat Regem incurrisse in anathema
generale contra moratores cogitantium
ire Romam. Haud probavimus, addit,
excusationes, quas ille nobis proposuit

Differ. p. 95.
p. 98.

K k 5 per

Sæcul XIV.
A.C. 1303.

per Legatos suos, quia frivolas judicabamus. Præcipimus, ut eum denuncies execratione devinctum. Eandem contorquemus in omnes illos, qui ei administrare Sacramenta, vel in ejus præsentia sacrum facere audebunt, quacunque floreat dignitate; etiamsi Episcopi sint: & omnem eis functionem interdiximus. Præterea Patrem Nicolaum Ordinis Prædicatorum quondam Regis arcanum judicem jubebis se nobis ipsum tres intra menses sistere debitis tractandum modis.

Diff. p. 101.
109.

Rex Philippus die Jovis 13 Junii an. 1303 Parisiis in Luparano conclavi suo celebravit conventum, cui intererant multi Episcopi, Abbates, Proceres, Nobilesque alii. Ibi Ebroicarum Comes Ludovicus Regis frater, Guido Policoensis, & Joannes Drocentis Comites cum Equite Guilielmo Plessio se Papæ Bonifacii adversarios declarabant, dicebantque, Ecclesiam sub ejus regimine in magno versari periculo, ac de legitimo pastore illi providendum, eo quod Bonifacius esset reus hæreseos, pluriumque criminum atrocium. Id jurabant impolitis Evangelio digitis utpote verum rati: & Guilielmus Plessius adjungebat se posse idem probare seu in generali concilio, seu alibi; Regem tanquam fidei propugnatores rogans, ut celebrationem concilii

cilii procuraret, & a Præsulibus vehementer posceret, sicut ageret totus Nobilium Ordo. Præsules causati rem esse difficillimam & matura deliberatione habere opus, se submoverunt.

Postero die Veneris 14 Junii in præsentia Regis, Præsulum, Procerumque Guilielmus Plessius de scripto, quod tenebat manu, recitabat viginti novem accusationes Bonifacii, quarum præcipuas hic vides. Animam non esse immortalem, sed una cum corpore perire credit, ideoque perperam sperari felicitatem nisi in hac vita. Non credit SS. Eucharistiæ Sacramentum, & hoc neququam vel parum colit. Ut communis rumor est, concubitum Venerereum esse peccatum negat. Ut deprimeret Gallos ac Regem eorum, se orbemque universum, ac totam Ecclesiam periculis exponeret: sic ipse frequenter dixit. Est præstigiator, & ariolos consulit. Palam e sacro suggestu asseruit non posse Papam committere mercatum sacrilegum, quod est hæresis. Clericos coram se affici verberibus iussit, ex quibus obierunt. Viro nobili, quem carceri addixerat, in articulo mortis postulanti Pœnitentiæ Sacramentum administrari passus non est; quod indicat eum hujus necessitatem non credere. Coëgit Sacerdotes quosdam

Sæcul. XIV.
A. C. 1303.

art. 1. 2.

a. 4.

6.

7.

11.

16.

17.

Sæcul. XIV.
A. C. 1303.

18.

dam sibi detegere confessiones sacras, quas postea evulgavit. Nec jejunia, nec abstinentiam ab Ecclesia præceptam observat vescens carnibus quovis tempore ac sine causa: idemque facere domesticos patitur suos, nihil hac in re peccari perhibens.

20.

Deprimit monachos Fratresque Mendicantes, quos dicitavit perniciem orbis afferre, ac pietatis esse simulatores; nec unquam boni quidpiam eventurum illi, qui eos fumeret arbitros conscientiæ, aut hospiti acciperet.

23.

Voluit impedire pacem Angliam inter & Galliam; ac Fredericum Siciliæ possessorem ad inferendum Franciæ bellum inducere. Confirmavit Regem Germaniæ Albertum, ac publice declaravit hoc eo se fecisse, ut everteret superbam Gallorum gentem in temporalibus se nemini subjectos afferentium. Addidit eos in collum mentiri suum; & anathema dixit illi, qui eos Papæ ac Imperatori obnoxios esse negaret, etiamsi is esset Angelus e caelo veniens.

24.

Et tamen crebro Albertum proditorem interfectoremque Domini ac Principis sui palam nuncupaverat. Aperte ajunt eum esse sacrorum venditorem, & caput sacrilegi mercatus beneficiorum, Ordinum, ac solutionum a legibus; & agere omnia, ut cognatis suis & opes

com-

comparet, & prædia donet, & arces
construat.

Sæcul. XIV.

A. C. 1303.

§. XXVII.

Appellatio ad futurum concilium.

Cum Guilielmus Plessius hæc accusa-
tionis capita legisset, affirmavit se
illam non protulisse ex privato aliquo Bo-
nifacii odio, sed solum studio fidei ac pie-
tatis erga Ecclesiam & Sacram Sedem:
a Rege ac Præsulibus, convocationem
concilii denuo postulavit: & interea, ut
a vexationibus Bonifacii salvum se præ-
staret, appellavit ad futurum concilium,
& Sedem apostolicam, appellationi actio-
nique Guilielmi Nogareti adhaerens.
Tum Rex legi iussit suas appellationis lit-
teras, quarum hæc erat summa: Post-
quam audivimus ea, quæ Nogaretus ac
Plessius proposuerunt, convocandum cen-
semus concilium, quod adire ipsi & pro-
viribus procurare volumus, magnopere
orantes, ut Præsules quoque suam eo
conferant operam. Interim ab omnibus,
quas Bonifacius ferre potest, sententiis ad
concilium appellamus. Præsules itidem
provocationem formarunt suam eadem
continentem capita, quibus adjungebant
se compulsos eo fuisse quodam necessitatis
genere, ac nolle tanquam partes inter-
venire. Erant autem numero triginta
septem;

p. 107.

Sæcul. XIV. septem; quinque Archiepiscopi, nimirum Nicosiæ in Cypro, Remorum, Senonum, Narbonis, Turonumque; unus ac viginti Episcopi; & Abbates Cluniaci, Præmonstratique, ac Cistercii præter octo alios. Hic notari potest Episcoporum & totius Cleri reverentia erga Summam Sedem. Non tantum laicis relinquunt munus accusatorum Papæ, sed ne interponi quidem ut partes volunt, & in convocationem concilii non consentiunt nisi ob necessitatem medendi malis Ecclesiæ.

Diff. 112.

Altero die 15 Junii iidem Præfules per litteras peculiarias triginta duobus sigillis munitas promittebant, si Bonifacius Regem & adhærentes appellationi ejus proscriberet, vel exautoraret, aut subditos a juramento fidelitatis absolveret, fore, ut hac Papæ sententia nequiquam nitentes pro viribus juvarent & tuerentur Regem ac ejus sectatores. Vicissim Rex Præfibus, Baronibusque, ac reliquis eunctis provocationi suæ adhærentibus tutelam spondit suam contra Bonifacii vexationes. Sed Præfulum cæterorumque Ecclesiasticorum extra regnum comburantium bona temporalia occupari voluit: ac festo S. Joannis die 24 ejusdem mensis Junii suas appellationis litteras coram omni Clero ac populo legicavit

*p. 113. 115.
Etc.*

p. 99.

p. 116. 189.

Gang. Nang.

dem mensis Junii suas appellationis litteras coram omni Clero ac populo legicavit

curavit in horto palatii Parisiensis. Postea Rex ad cunctas Ecclesias & congregationes religiosas & sæculares scripsit, ut insisterent convocationi concilii & provocationi: sic apparet ex litteris, quas edidit diebus Mercurii ac Jovis post festum S. Joannis nempe 26 & 27 Junii. Parisiensis Universitas & Senatus Ecclesie cathedralis suas adhæSIONIS litteras dederant die Veneris ante festum S. Joannis 21 Junii: Fratres quoque Prædicatores Parisini accessere appellationi. Tandem mensibus Augusto ac Septembri plures quam septingentas consensus & adhæSIONIS litteras Regi miserunt Episcopi, Cœtus Ecclesiarum, quas tum cathedrales, tum collegiales vocant, Abbates ac Religiosi variorum Ordinum, etiam Mendicantium, Universitates, Proceres & Collegia urbium.

Cardinalis Moinius ob modicum suæ legationis successum ante diem S. Joannis abiit, Papæ opinione citius reversus Romam. Sed interim, dum Parisiis agebat, ibi hoc anno 1303 in loco, qui tum Carduolus dicebatur, & in ædibus, quas Fratres Mendicantes Ord. S. Aug. incoluerant, pro studiosis Theologiæ condidit collegium, quod etiamnum ab eo nomen habet.

sæcul. XIV.
A. C. 1303.

to. II. Spicil.
p. 610.
Diff. p. 109.
110.

p. 117. 119.

p. 120. 153.
p. 111.

Chardonnet

Duboulai
to. 4. p. 40.

Dubreuil
Antiq. p. 654

Dubois
p. 530.



Sæcul. XIV.

A.C. 1303.

§. XXVIII.

*Ecclesia Constantinopolitana.**Sup. lib. 89.*

§. 26.

Pachym.

l. 10. c. 31.

Imperator Andronicus dubitans, an Patriarcha Joannes Cosmas munus legitime deposuisset, Episcopos, Clerum, & monachos congregaverat, & cum eis hac de re deliberando dies traducebat. In diversas abibant sententias. Cosmæ addicti aiebant non adeptum satisfactionem de calumnia contra se sparsâ fuisse coactum abire munere; post resartam injuriam mox rediturum. Putatum juramentum esse duntaxat loquendi modum, quem inconsideranti doloris acerbitas expressisset. Reliqui dicebant eum abibisse cogitato, & tam serio jurasse, ut in abdicationis suæ litteris id memoraret. Haud posse Patriarcham amplius agnoscere hominem perjurii convictum. Hac disputatione perduto multo tempore consensus est, ut Joannes ipse rogaretur, quid censeret de abdicatione ac juramento suo? Propterea missi ad eum sunt Athanasius Patriarcha Alexandrinus & duo Episcopi Imperatoris & Concilii nomine.

6. 32.

Respondit scripto: Haud contendo me jurasse utendo verbis mihi familiaribus. Si congregati quadraginta Episcopi omnes abdicationem meam reputant veram,

veram, & legitimam, eorum sententiæ me submitto. At vero si vel tres eam judicant nullam, accedo illis, & servo potestatem a Spiritu Sancto mihi traditam. Cæterum justam habeo causam conquerendi de sacra Majestate tua & de vobis Episcopis, quod ante octo jam menses violatam infontis famam necdum vindicaveritis. Meum non erit reddere rationem damni, quod Ecclesia inde accipit. Cum Imperator id responsum cum Concilio communicasset, contentio duarum partium plus quam antea exarsit: nec concludi quidquam potuit. Joannes tamen porro nominabatur in precibus publicis: ac domestici ejus custodiebant semper palatium patriarchale.

Sæcul. XIV.
A. C. 1303.

c. 33.

Interim Andronico in mentem venit partes Deo acceptissimas esse Arsenianas et si Joanni Cosmæ maxime oppositas. Igitur eas reliquis conjungere denuo tentaturus, quinque de præcipuis Arsenitarum clam de nocte venire jussit; & pro fundamento consultationis voluit conservari factam consecrationem tam Patriarchæ Joannis quam reliquorum Præsulum: nam Josephi mentio nulla fiebat amplius. Metuebat scilicet Imperator, ne factionem unam placans aliam turbaret: quærebant vero pacem integram Arsenitæ cupiebant initium duci a creatione novi Patriarchæ, ac exquisitum a

Hist. Ecclesiast. Tom. XXII. L1 se

Sæcul XIV. se virum idoneum esse perhibebant: sed
A.C. 1303. ut firmum poneretur concordiae funda-
 mentum, volebant eum eligi atque con-
 secrari per Episcopos suarum partium
 duntaxat, non per illos, qui sensissent cum
 Latinis. Ergo pro Patriarcha propone-
 bant Episcopum Marmaricensem in insu-
 lis Cycladibus tanquam senem pridem
 que initiatum, & neutiquam participem
 eorum, quæ cum Latinis acta fuissent.

Imperator, qualis vir hic esset, inda-
 gans comperit gravia in eo vituperari,
 quod venale fecerit sacerdotium, quod
 per unicam cerimoniam eundem Ordi-
 nem pluribus simul, non sigillatim contu-
 lerit, aliaque peccaverit contra canones.

v. Poffin. not. Hæc objicienti Andronico Arsenitæ re-
p. 546. spondebant ob difficultatem temporis ea
 esse dissimulanda: & ille, quod in studio
 cum Græcis reliquis eos reconciliandi
 affirmasset animum, pariter conniven-
 dum duxit. Itaque promisit se proba-
 turum omnia, quæ facerent: pactoque
s. 34. scripto mandata fuit. Eo res erat locu-
 ac Præsules de abdicatione & juramen-
 to Joannis Cosmæ inter se disceptare pre-
 gebant, cum intervenit casus, qui muta-
 vit scenam.

Patriarcha Athanasius revocatur.

Quidam monachus nomine Menas vir probitatis laude clarus, Ecclesiæ que ac Imperatori cognitus in visere veterem Patriarcham Athanasium consueverat: & 15 Jan. 1303 Imperatorem adiens, ei curavit dici, se habere rem necessariam, quam ipsi exponeret. Is negotiis distentus hominem expectare iussit. Cum hic secundo petiisset ejus alloquium, negabat notitiam, quam afferret, fore utilem, nisi acciperetur, antequam nox ingrueret. Tum vero Imperator mox admissum solus audivit solum. Domine! agebat Menas, more meo Athanasium hodie visens mœstum inveni & in cogitatione defixum. Causam rogatus asseruit videre se iram Dei huic imminentem urbi; & nomine suo suaderi cupere Imperatori, cunctis ut cœnobiis continuas per hanc noctem preces imperet, quibus ab urbe totaque regione arceatur fames, pestis, terræ motus & inundatio. Hæc Patriarchæ verba retuli ad Heracleæ Metropolitam; qui instabat mihi, ut eadem Majestati tuæ memorarem.

Imperator monitum magna excepit gratia: divinæque vindictæ minas secum

Sæcul. XIV.
A C. 1303

reputans urgentiores duas esse censuit terræ motum & inundationem. Idcirco ad omnia monasteria circummisit mandatum, ut protinus ordirentur preces; nec rei causam taceri voluit. Vigilabat ipse pro more suo; & cogitans de motu terræ videbatur sibi sentire aliquem, sed tam levem, ut vix percipi posset. Habebat eum pro præloquio implendæ prædictionis, ac eventum expectabat. Decimo septimo Januarii fiebat terræ motus major sed non periculosior: & tunc Imperator prædicti veritatem sibi persuasam habens, & raptus in admirationem Vatem divinum laudabat palam, suppresso tamen nomine.

¶ 35.

Postero mane convocatos Præloques Clerum, ac Monachorum præcipuos avide rogabat, quid judicarent de monacho, qui hunc eventum præsignificasset? Inter omnes convenit ad ferendam certam sententiam debere nosci hominem, ut dispici queat, monitune divino, an patefactione dæmonis, aut cognitione naturali rem præsciverit? nam plerique Græci astrologiæ ac divinationibus habebant fidem. Novimus omnes, addebant, Imperio grandia impendere mala: haud opus est Vates, qui nos id doceat: interesset scire, quonam peccato ea simus meriti, ut remedia adhibeamus.

mus. Abiit dies his in litibus: nec ta- Sæcul. XIV.
A. C. 1303.
men Imperator Vatem detexit suum.

Altero die 19 Januarii congregatis civium primoribus & cunctis fere monachis ex alta porticu omnia, quæ per tri-
dium proximum acta erant, particula-
tim narrans, magnam Vatis sacri admi-
rationem & ipse præ se ferebat, & illis
inspirare conabatur; sed ejus nomen ce-
labat semper. Allocutione finita quam-
primum descendit, ac pedes adiit hunc
incognitum, eos, qui vellent, sequi se
jubens, sed cogens neminem. Permisit,
ut equis uterentur senes, eo magis, quod
plateæ essent fordidæ: immo præcepit
illud Patriarchæ Alexandrino. c. 36.

Andronicus comitantem se innumeram mul-
titudinem tum studii tum curiositatis
plenam ad monasterium Cosmidion du-
xit: cui Athanasius se incluserat abhinc Lib. II. c. I.
novem annis tribusque mensibus, nem- Sup. l. 39.
§. 25.
pe 16 Oct. 1293. Patebat porta: &
Imperatore cum Episcopis ac delectis
monachis in conspectum veniente Atha-
nasilus cubiculum reliquit suum pallio stra-
mineoque tectus petaso, & baculo gres-
sus firmans. Sic procedebat usque ad
vestibulum; in quo magnum jam po-
puli agmen stabat: neque tunc latebat
quempiam, quis esset Imperatoris Vates.
Mox cuncti coram eo certatim se proster-
nere, præsertim Episcopi, eum dicere Pa-
triar-

Sæcul. XIV. triarcham, hortari, ut dignitatem re-
 A.C. 1303. fumeret suam, aperire capita, &, ut be-
 ne ipsis precaretur, petere.

Abnuabat Athanasius, senium & in-
 firmitates, causatus suas: spondebat au-
 tem se Deo supplicem pro ipsis fore;
 ac sine fausta precatione solenni offe-
 rebat manum, cui oscula dabant. Pos-
 tea dimisit populum, sibi emolumenta
 ejus maxime cordi esse affirmans. Scio,
 inquiebat, regnare injustitiam, a ma-
 gnis sperni exiguos, a potentibus fac-
 ile opprimi debiles, eo quod defensore
 careant. Imperator hæc considerans,
 cum Athanasium miserorum partibus su-
 sciipiendis aptiorem quovis alio cen-
 set, mandavit, ut ad se confugientibus
 aditum daret. Ab eo tempore ingens
 ad eum concursus per singulos totosque
 dies fiebat. Judiciorum recognitionem
 alii, alii commendationes postulabant,
 ut gratias ab Imperatore acciperent,
 qui Athanasii rationem semper duce-
 bat. Ita Joannes Cosmas magis magis-
 que veniebat in contemptum; crescebat-
 que auctoritas Athanasii facientis spe-
 in statum res meliorem restituendi. Tum
 Andronicus Episcopus, Clerum, ac mo-
 nachos congregavit ad ineundam de-
 liberationem non de revocatione Atha-
 nasii, quam habebat pro constituta, sed
 de modo ac tempore reducendi eum, si
 ponat

ponatur, hoc illi persuaderi posse. E. Sæcul. XIV.
 piscopi ex motu primo, in quo Athanasium ut Patriarcham tractaverant, se
 colligentes in duas discedebant sententias. A. C. 1303.

Alteri persistebant in proposito eum
 rejiciendi, & afferebant pro causis e-
 jus abdicaciones & quietem per tot
 annos, electionemque canonicam alius
 Patriarchæ, qui interea rexisset Eccle-
 siam, & plurimos consecrasset: unde con-
 cludebant alterum necessario conde-
 mnandum esse, vel Athanasium, vel
 Joannem Cosmam. Oppressis oblatum
 patrociniū putabant fuisse artem recu-
 perandæ sedis.

Alteri perperam cum illo actum di-
 cebant, eumque habere jus exigendi
 satisfactionem de injuria: & quidam ab
 eo initiati se in eum peccasse fatebantur.
 Sed qui eundem volebant recipere, præ-
 ter abdicacionem objiciebant inexora-
 bilem ejus duritiam ac severitatem in
 puniendis erratis minimis; contende-
 bantque hanc fuisse causam eum secun-
 dum canones exauthorandi. Hinc na-
 scebatur tertia factio illorum, qui A-
 thanasium admittere volebant, sed ea
 lege, ut daret cautionem deinceps mi-
 tiorem se præstandi. Imperator his con-
 sultationibus finem nullum imponi videns,
 Ego primus, inquiebat, Athanasii in-
 clementiæ me exponam, quam blandi-

Sæcul. XIV. A. C. 1303. 6. 3. tiis aliorum præfero. At non effecit, ut inter Præsules de receptione Athanasii conveniret. Igitur Joannem Cosmam adire statuit cessurum sperans eo magis, quod ab ipso invitatus esset ad colloquium, atque tempus idoneum videretur: erat enim hebdomas Sexagesimæ, ut nos dicimus, Tyrophagiæ, ut Greci vocant, hoc anno 1303 die lunæ 18 Febr. coeptæ, qua etiamnum licet cibis lacte confectis uti.

§. XXX.

Joannes Cosmas Andronicum anathemate ferit.

Imperator cum tribus Episcopis in cenobium, ubi Joannes Cosmas agebat, delatus ab eo petiit, ut ipsi pacem & reverentiam a Superis precaretur. Rogatus, an eum agnosceret Patriarcham, affirmavit, seu noxiam ob verecundiam, seu alia de causa. Et ego, agebat Cosmas, si Patriarcha sum, Sanctissimæ Triadis nomine a sacris submoveo illum, qui vult aut volet Dominum Athanasium contumtuere Patriarcham. Imperator pudore suffusus, ne verbulo quidem subjuncto abiit, ac Episcopis se comitantibus iram declaravit suam, eos contumeliæ sibi factæ affines cum Cosma collusisse suspicans.

cans: Postero die convocatis Episcopi-
 pis, quos in consilium adhibere con-
 sueverat, quid factum esset, exposuit, se
 circumventum conquerens. Sed stu-
 diam reducendi Athanasii, & applicatio-
 nem animi ad res ecclesiasticas distu-
 lit ob Imperatricem Theodoram matrem
 suam secunda jejunii verni hebdomade
 mortuam, ac propter nuptias Despotæ
 Joannis filii sui statim post Pascha cele-
 bratas, quod hoc anno in septimum A-
 prilis incidit.

Sæcul. XIV.
 A. C. 1303.

c. 4.

c. 5.

c. 6.

Andronicus his a curis liber con-
 gregare rursus Episcopos, ac de anathe-
 mate Cosmæ consulere coepit. Aliqui
 dicebant id habere vim, quia is etiam
 tum nominaretur in precibus publicis, &
 Imperator ipse eum agnovisset Patriar-
 cham: alii jam Cosmæ palam adversan-
 tes nitebantur ejus abdicatione ac jura-
 mento; & anathema esse nullum con-
 tendebant. Andronicus interim eos ur-
 gebat, ut reciperent Athanasium; at-
 que mittebat sæpe, qui Cosmam flecte-
 ret. Qui reipsa placatus Imperatori scri-
 ptum misit, quo anathema retexerat,
 sed sine consensu in restitutionem Atha-
 nasii. Subscribens se nuncupabat Abba-
 tem Joannem.

Hoc scriptum Imperator accepit die
 Veneris 21 Junii an. 1303, & primo
 duntaxat Episcopis quibusdam monstra-
 vit:

L 1 5

vit:

Sæcul. XIV. vit: tum voluit Præsules omnes proxi-
 ma die sabbati & dominica convenire
 in templum Apostolorum, & sic agere,
 ut sentirent idem, quia res haud posset
 duci longius. Coierunt, sed neutquam
 concordarunt. Quod edoctus Impera-
 tor conscendit equum media die domini-
 ca 23 ejusdem mensis, & ad templum A-
 postolorum venit: ubi diu locutus Epis-
 copis, quod eos nequire in concordiam
 adduci cerneret, cum fautoribus Atha-
 nasii monasterium Cosmidion, in quo
 hic erat, petiit. Cum is Pontificum ritu,
 quantum fieri poterat, ornatus esset, pe-
 dites inter nimium aëris calorem adie-
 runt templum cum Clericis obvis, &
 populo superveniente. Hoc modo A-
 thanasius ad Sedem Constantinopolita-
 nam reductus est. At dimidia pars Ep-
 iscoporum, & de monachis maximi æs-
 timatis ac de Clero aliqui firmiter sta-
 tuerunt nullam cum eo communionem
 habere. Patriarcha Joannes Cosmas
 adornato clam itinere postridie haud sa-
 lutato Imperatore profectus Sosopolim
 se recepit, ut totum doceret orbem, se
 ab Ecclesia sua abiisse invitum, & ab-
 sentia suæ tribuenda esse mala Imperium
 affligentia.

*Nicéph.
 Greg. lib. 7.
 c. 1. n. 4.*

Quo tempore Andronicus Athana-
 sium Constantinopolitanum in pristinam
 dignitatem restituere impensissime cona-
 batur,

batur, & summis efferebat laudibus, A. Sæcul. XIV.
 thanasius Patriarcha Alexandrinus, qui A.C. 1303.
 hunc non amabat, quodam die Impera-
 tori hanc dicebat fabulam. Quidam co-
 rarius habebat felem omnino candidam,
 quæ quotidie soricem ei afferebat. Hæc
 felis forte cecidit medium in lacuscu-
 lum, cui Dominus ejus immiserat li-
 quorem denigrando corio suo utilem.
 Cam inde tota nigra emerisset, sorices
 credebant eam induisse vestem mona-
 sticam, ideoque nullas carnes comestu-
 ram amplius. Ergo quaquaversus am-
 bulare fidenter, ubique nares consulere,
 & quærere alimentum. Felis tantum
 prædæ venaticæ videns, quia omnem
 simul capere non poterat, duobus con-
 tenta soricibus lautum sibi epulum para-
 vit. Subducti fuga reliqui mirabantur
 eam pejorem factam, postquam amictum
 sumpsisset monasticum. Metuo, adde-
 bat Patriarcha Alexandrinus, metuo, ne
 Athanasius pro prædicatione sua reductus
 ferociorem se præbeat ac duriorẽ,
 quam antea. Hanc conjecturam com-
 probavit eventus.

§. XXXI.

S. Ivo.

Hoc anno obiit S. Ivo suo tempore Bri-
 tanniæ decus. Anno 1253 in dice-
 cesi

Sæcul. XIV. cefi Trecorina nobili ortus genere pa-
A.C. 1303. trem habebat Haëlorium Ker-Marti-
Vita ap. nium, a quo cognomen traxit, ita, ut vo-
Boll. 19. caretur Ivo Haëloricus. Cum Gramma-
Maji. to. 15. ticam didiciffet in patria, quatuordecim
p. 538. 544. annos natus mittebatur Parifios: ubi
 Philofophiæ primum, dein Juri Canoni-
 co ac Theologiæ operam dedit. Post
 decem annos Aureliam profectus, ibi
 ftudium Decretalium continuavit fub
 Guilielmo Blajo postmodum Epifcopo Eu-
 golifmenfi; & institutiones Juris Civiliſ
 explicantem audiit Petrum Capellium,
 poſtea Epifcopum Tolofanum, ac denique
 Cardinalem.

p. 587. Mauritius Archidiaconus Rhedo-
 nenſis, poſtquam Ivoniſ Haëlorici lau-
 des per famam compererat, humaniter
 ad ſe vocato judicium rerum eccleſiaſti-
 carum detulit. Sed is poſt aliquod tem-
 pus rediit in patriam ſuam, accitus a lo-
 ci Epifcopo Alano Brucio, & ſacro ſi-
 dem foro præfectus. Ibi rarum eo tem-
 pore privati neglectum commodi oſten-
 debat pauperibus donando totum ſui
 muneris proventum conſtantem ex ter-
 tia parte lucrorum figilli, quod erat
 curiæ epifcopali proprium. Adhæc pro
 viribus conabatur partes conciliare po-
 tius, quam judicare: expediebat eas ce-
 leriter, & interdum patronum inopum
 agebat gratis. Hoc officio ſuo pergebat
 fungi

fungi sub Godefrido Turneminio Alani
 successore.

Sæcul. XIV.
 A. C. 1303.

Parochi simul obibat munia: & primo quidem Ecclesiæ Tresdretianæ, ob quam veluti suum titulum ab Episcopo Alano consecratus est Sacerdos, quantumvis reluctans, præfuit annis octo. Deinde ab Episcopo Godefrido ad Lohanecensem translatus parœciam, decem annis, scilicet usque ad mortem suam ibi personam Pastoris tenuit. Ad populum dicebat sæpissime non in suo duntaxat templo, sed & in multis aliis etiam multum inter se distantibus, quæ semper adibat pedes, quanquam egregium nancisci equum poterat: interdum duas aut tres conciones eodem habebat die, ad quas maxima hominum frequentia confluebat: & qui eum uno in loco auscultaverant, nonnunquam petebant alium, ut illum rursus audirent: vehementer movebat animos, & plurimos ad bonam reduxit frugem.

p. 590.

p. 540.
 n. 15.

Corpus magnopere afflictabat. Cum Aureliæ studeret litteris, annos circiter quatuor & viginti habens coepit abstinere a carnibus, a vino, & diebus Veneris ab altera refectioe. Per quindecim annos singulis jejunii verni & adventus dominici diebus multisque aliis pane & aqua contentus erat. Totus vestitus in crate vel modico stramine cubabat supposito

p. 539.
 n. 5. 6.

Sæcul. XIV. posito capiti libro vel lapide pulvini loco,
 A. C. 1303. & ipsa nocte vix somnum capiebat ali-
 quem nisi labore fractus.

Pauperes amabat mirifice; nec so-
 lum donabat stipe, verum etiam ad men-
 sam adhibebat suam, eosque hospitio ac-
 ciendi causa domum condiderat. De-
 nique sui beneficii & patrimonii pin-
 guis reditus omnes iisdem impertiebat.
 Annos ætatis quinquaginta numerans ad
 Deum excessit dominica post Ascensum
 Domini 19 Maji anno 1303.

§. XXXII.

*Litteræ Bonifacii contra Philippum
 Pulchrum.*

Papa Bonifacius ea, quæ contra se Pa-
 risiis a duodecimo Martii usque ad
 festum S. Joannis facta erant, edoctus,
 plures litteras eodem die 15 Augusti an-
 1303 datas evulgavit. Primarum hæc
 erat summa: Ut nuper communem per
 rumorem comperimus, festo S. Joannis
 die Gallorum Regi diversa de nobis cri-
 mina sunt denunciata regio in horto Pa-
 risino præsentibus viris quam plurimis;
 & ille rogatus est, ut procuraret ge-
 neralis concilii convocationem: in quam
 consensit, nec minus in appellationem a
 cunctis sententiis, quas contra se ferre
 possent.

Differ. p. 166
Rayn. 1303.
n. 36.

possemus. Prohibuit quoque, nequis ^{Sæcul. XIV.}
 Nuncios aut litteras nostras reciperet, A. C. 1303.
 vel nobis in ulla re obediret: suumque
 in regnum admisit Stephanum Columnam
 nostrum ac Ecclesiæ inimicum.

Et postea: Quis audiit unquam nos
 esse hæreticum, aut hoc nomine no-
 tatum fuisse quempiam de familia nostra,
 immo ex tota Campania, unde origi-
 nem ducimus? Alias, cum in hunc Prin-
 cipem gratias conferremus, eramus ca-
 tholici: sed ex quo peccantem repre-
 hendimus, ut sanarem, erupit has in
 calumnias.

Ante aliquod tempus Ja- ^{p. 167.}
 cobum de Normannis Notarium nostrum ^{Sup. S. 7.}
 ad eum misimus cum epistola exhibente
 singulatim ea, quæ perperam agebat.

Tum furore inflammatus contumelias
 cepit in nos jacere. At dum conquie-
 scere nos putabat, ad verba demissio-
 nis rediens nos in litteris suis Sanctis-
 simum in Christo Patrem appellavit.
 Nunc, quia religione adstringimur, ut in
 correctionem ejus incumbamus, contra
 nos calcitrat, pro bono malum reponit,
 & nobis injurias infert atrociores prio-
 ribus.

Ac deinde: Nonne autoritas Sum-
 morum Pontificum in contemptum ve-
 niet, si Principibus hæc aperiatur via?
 Utrum Papa magnum aliquem cor-
 rigere volet, hæreticus dicetur, & con-
 tagiosis

Sæcul. XIV.
A.C. 1303.

tagiosis criminibus inquinatus. Nostros temporibus exemplum edamus tam perniciosum? Id Deus avertat malum! Absit, absitque procul a nobis tam improba negligentia & ignavia! Res adeo indigna radicitus est evellenda. Quid ergo? Petiturne, ut concilium generale, quale ne contra alios quidem Præsules admittere deberemus, contra nos ipsos admittamus, cum sine nobis congregari nequeat? Finit minando se Philippo ac ejus partibus in tempore ac loco futurum, quæ facienda judicaverit.

p. 168.

Diff. p. 161.
Rayn. n. 40.

Perbene videbat has litteras aliasque similes Regis menti contrarias in Francia ritu solito promulgari vel ostendi non facile posse. Igitur alias simul curavit scribi hanc in sententiam: Secundum regulas antiquitus stabilitas decretæ a Summo Pontifice citationes cujuscunque hominis, etiam Regum, præsertim si impediant, ne illæ ad se usque deferantur, fient in exedra palatii Papæ; tum affigentur partis templi principis in illo loco, ubi curia Romana residet: postea cum dies pro locorum distantia præstitutus effluxerit, citatio perinde valebit, ac si personæ denunciata esset.

D. p. 162.
Rayn. n. 37.

Papa sibi persuasum habens a Gerardo Archiepiscopo Nicosiensi in Cypro Regem contra se concitatum fuisse, illum alias per litteras arguit ingrati erga Sedem

dem sacram animi & contumaciæ, quod ad ecclesiam suam redire iussus non paruerit; ideoque ab hujus administratione in rebus sacris ac terrenis ad tempus abstinere illum voluit. Rursus alias per litteras universos Doctores in Gallia præditos potestate conferendi doctrinæ laureas, & profitendi aut docendi scientiam aliquam exclusit ab his functionibus, donec Rex mandatis Ecclesiæ se submiserit, quæ interim contra hanc inhibitionem traderent, insignia facultatum declarans irrita. Has quatuor litteras dedit eodem die 15 Aug. 1303. Denique per ultimas 25 Aug. scriptas Franciæ Ecclesias cunctas cathedrales æque ac regulares, scilicet episcopatus & abbatias vacantes vel vacaturas, donec Philippus ad officium erga Sedem Sacram redierit, suo reservavit arbitrio, & omnibus, qui jus eligendi ad dignitates illas, vel in eis confirmandi haberent, ne hoc uterentur, strictissime interdixit, alioqui talem infirmans actum.

Sæcul. XIV.
A.C. 1303.

Diff. p. 163.

Rayn. n. 38.

§. XXXIII.

Guilielmus Nogaretus in Italia.

Cum Papa Bonifacius has ederet litteras, nesciebat, quid ipsi Guilielmus Nogaretus machinaretur. Hic enim illum futuro Lugduni concilio sistendum

Jo. Villani
l. 8. c. 63.
Diff. p. 175.

Histor. Eccles. Tom. XXII. M m clam

Sæcul. XIV.
A.C. 1303.

clam capere conabatur cum alio Equite Joanne Musceto duobusque Doctoribus in Italiam a Rege Philippo missus de consilio Stephani Columnæ aliorumque Itatorum sagacium. Mandatum erat scriptum Parisiis 7 Martii an. 1302, nempe anno 1303 ante Pascha; & indicabat eos certa in loca ob quædam negotia a Rege missos habere plenam potestatem agendi cum quovis hominum genere, inveniendi idonea fœdera & pactiones, ac promittendi subsidia mutua. Tenebant simul litteras argentarias, ut magnas pecuniæ summas acciperent a mercatoribus ignaris tamen, quibus illa usibus destinaretur. Delati ad Hetruriæ castellum quoddam Musceto proprium diu ibi commorabantur. Mittebant inde procuratores ac epistolas in varia loca, & ad se vocabant illos, quibuscum habebant negotium. Interim ad indigenas dicebant se venisse inter Papam & Regem Galliæ pactum conflaturos: & hac specie constituebant modos capiendi Papam Anagninæ, quo se cum Cardinalibus totaque aula sua receperat, ibi securitatem quam alibi se fore ratus, eo quod sua patria esset: & illic in ædibus habitabat suis.

Ibidem componebat postremas litteras, quas die Natali SS. Virginis 8 Septembris editurus erat; & abi dicit se

tanquam Christi Vicarium habendi potestatem regendi Reges virga ferrea, & velut vasa figuli confringendi; sed quasi patrem bonum correctione salubri contentum esse. Hoc fine ad Regem Philippum a se missum fuisse primo Nuncium Jacobum de Normannis; deinde Cardinalem Moinium, qui cum esset Galus & amicus Regis, saluti ejus studeret. Rex tamen, addit Papa, Cardinalem, ut hic ipse ad nos retulit, majore, quam Nuncium, affecit ignominia, recusans absolutionem ab eo sibi oblatam nostro nomine, ac ei excubias obtrudens, quæ obstarent, ne iret, quo vellet, ac ne se adeuntes reciperet. Papa meminit etiam de violentiis, quas perhibet Præsulibus a Rege illatas, ne irent Romam, & ut ipsius appellationi adhærerent. Postea concludit Regem manifesto incurrisse in anathemata per canones plures intorta; ideoque haud posse amplius conferre beneficia, etiamsi jus haberet aliquod; nec per se aut per alium facere actum jurisdictionis; nam fore nullum. Ejus clientes fiduciaros, ac subditos omnes absolvit a fide debita etiam jurata: & sub anathematis poena prohibemus, adjungit, ne obediant ei, ullumque præstent obsequium. Irrita declaramus foedera cuncta, quæ forsan aliis cum Principibus junxit: & hanc sententiam

Sæcul. XIV.
A. C. 1303.

Diff p. 182.

Psal. II. 9.

p. 184.

p. 185.

p. 186

M m 2

affigi

Sæcul. XIV. affigi volumus cathedrali Ecclesiæ Anagninæ, ne Rex aut alius quisquam causetur ignorantiam.

A. C. 1303.

§. XXXIV.

Bonifacius capitur, & obit.

*Diff. p. 310.
F. Villani
c. 63.*

Sed pridie, quam hæ litteræ promulgarentur, scilicet die sabbathi 7 Septembris an. 1303. mane Guilielmus Nogaretus Anagniam intravit cum Sciarra Columna & quibusdam regionis Optimatibus. Ducebant equites trecentos, & amicorum pedites magno numero conductos sumptibus Gallorum Regis, cuius insignia portabant clamantes: Moriatur Papa Bonifacius, & vivat Rex Francie! Nogaretus a Magistratu Anagninæ ac præsidii Duce subsidium postulatum obtinuit: atque ita jungentis se populis auctus urbem ac deinde palatium Papæ post aliquam pugnam occupavit. Cardinales fuga latebram petebant: sed aliqui clandestinam cum Gallis agisse consilia feruntur. Plerique Papæ domesticæ pariter aufugiebant.

Ipse obrutum se tam subito ac delitutum videns, cum de se actum esse putaret, Instar Christi proditus, ajebat, ut Papa mori statuo: & trabea, quam S. Petri pallium tum vocabant, indutus imposita capiti corona, quæ Constantiniana

finiana dicebatur, claves & crucem tenens manibus suo confidebat in folio. A. G. 1303.

Conatus adversus, quem Nogaretus in ædibus Papæ ac nonnullis aliis expertus erat, obstabat, ne alloqui eum posset nisi sub vesperum. Tum vero coram viris probis palam illi exponebat causam adventus sui, acta in Gallia, & accusationem ipsius: contra quam se non defendens haberetur pro convicto. Veruntamen, addebat, quia talis es declarandus per sententiam Ecclesiæ, conservabo tibi vitam contra vim hostium, & sistam te concilio generali, quod ut convoces, peto. Si renuas subire iudicium ejus, feret hoc tamen te invito, præsertim quia de hæresi agitur. Cavebo etiam, ne in Ecclesia offensionem concites, præcipue Regi ac regno Gallicæ: ideoque custodes appono tibi pro tutela fidei, ac in emolumentum Ecclesiæ, non ut insultem tibi vel alii cuiquam. Sciarra Columna præsens contumeliis oneratum Papam volebat compellere, ut missum faceret pontificatum. Sed vitam potius daturum se constanter dixit, caput amputandum offerens.

In tumultu facto, cum Papæ domus expugnaretur, direptus est cum supellectile thesaurus ejus ingens. Bonifacium Galli custodiebant reliquo sabbato, tota dominica natali SS. Virginis, ac die lu-

M m 3 næ

Sæcul. XIV.

A. G. 1303.

Diff. p. 247.

n. 46. p. 248.

n. 54. p. 310.

n. 27.

Tho. Valsing
hist. p. 87.

Sæcul. XIV. næ 9 Septembris usque ad horam sex-
 A.C. 1303. tam matutinam. Tum Anagnini dereli-
 ctum a se Papam dolentes, correptis con-
 tra Gallos armis clamabant: Vivat Pa-
 pa, & pereant proditores! Et quia longe
 præstabant numero, eos ex palatio &
 urbe facile pepulerunt, renixos tamen,
 & aliquam suorum jacturam passos. Ita
 se liberatum, & hostes ejectos videns Pa-
 pa non ideo serenam monstrabat fron-
 tem: tam graviter ferebat se fuisse ca-
 ptum. Anagnia mox tota cum aula
 sua profectus Romam, ad S. Petri habe-
 re concilium volebat, & palam ulcisci
 injuriam sibi ac Ecclesiæ a Rege Gallo-
 rum factam. Sed dolore animi redun-
 dante in corpus obiit 11 Octobris an-
 1303, postquam federat annos octo, men-
 ses novem dies duodeviginti. Morti
 proximus fidei professionem fecit, ac se-
 pultus est ad S. Petrum in splendido
 sacello, quod in aditu templi condi-
 derat.

S. Villani
c. 63.

Rayn. n. 42.

§. XXXV.

Benedictus XI Papa.

Papebr. p. 69 Summa Sedes decem tantummodo dies,
 nimirum, quam poterat, brevissime
 vacabat. Tunc enim primum observa-
Rayn. 1303. batur sanctio Gregorii X renovata per Cœ-
n. 45. lestinum V, & confirmata per Bonifa-
 cium

cium VIII, ne Cardinales intrarent con- Sæcul. XIV.
 clave cooptandi Papæ gratia, præter- A. C. 1203.
 quam nono die post obitum antecessoris.
 Modo postridie, quam intraverant, nempe
 22 Octobris concordibus suffragiis in Pa-
 pam elegerunt Nicolaum Tarvisinum Car-
 dinalem Episcopum Ostiensem: qui sequen-
 te dominica 27 ejusdem mensis inaugura-
 tus Benedicti XI nomen sumpsit; sed octo
 duntaxat mensibus regnavit. Patrem ha- J. VII. 8.
 buerat Notarium Tarvisinum Boccasium c. 66.
 Boccasinum nomine; ac Venetiis edu-
 catus, cum esset litteratus juvenis, in-
 formando pueros ibi victum aliquam-
 diu sibi comparabat. Deinde Prædica- S. Ant. 10. 3.
 torum Ordini adscriptus tanta scientiæ p. 263.
 ac virtutis dabat specimina, ut per of-
 ficia cuncta transfiret, fieretque Sub-Prior,
 Prior, Magister Provincialis, ac denique Ge-
 neralis nonus. Bonifacius VIII erat, cui Sup. l. 89.
 sacram debebat purpuram. Initio pon- §. 60.
 tificatus sui ad Episcopos & Principes Rayn. n. 47.
 circummisit epistolam 1 Novembris da-
 tam, in qua suos hanc ad dignitatem gra-
 dus, ac electionis ultimæ circumstantias
 memorat.

§. XXXVI.

Saraceni Nuceria expelluntur.

Paucis post diebus Carolo Neapolis Re-
 gi per litteras gratulabatur de Sara-
 cenis

M m 4

Sæcul. XIV. A. C. 1303. Ughell. to. 8. p. 451.

n. 55.
Ughell. to. 8.
p. 451.

cenis Nuceria ejectis, ac de restituta illuc Ecclesia cathedrali. Pepulisti, ait, Saracenos ex hac urbe, ut eam Christiani libere deinceps incolerent. Confiderassi cathedrali templo extra urbem sito in loco parum decente impendere ruinam, ac creditus esse tam modicos, ut nec Episcopus inde vivere pro dignitate sua, nec ali possent ministri necessarii. Quapropter transtulisti cathedram intra urbem in locum tibi obnoxium, atque de possessionibus tuis dotaſti Ecclesiam trecentarum auri unciarum redditibus annuis, e quibus institutæ sunt dignitates aliquæ; ac residuum serviet ad honestam sustentationem Episcopi & ministrorum Ecclesiæ, ut functiones rite obeant suas. Hanc regiam liberalitatem tuam ut remuneremur, teque ac successores tuos tanto magis excitemus ad tuendam illam Ecclesiam & ministros ejus, concedimus tibi facultatem sistendi Episcopo viros habiles ad munera Decani, & Archidiaconi, item ad præfecturam chori, & ad dimidiam partem fructuum annuorum. Dabat 26 Nov. 1303. Sic instauratus est episcopatus Nuceriæ, seu S. Mariæ de Victoria, ut tum vocabatur, sub archiepiscopatu Benev. utino. Antea hæc urbs dicebatur Nuceria Etnicorum ob Saracenos ab Imperatore Friderico II e Sicilia eo introductos. Fridericus

Sup. lib. 80.

§. 21. 54.

Rayn. n. 50.

dericus hujus insulæ Rex novus per Sæcul. XIV.
A. C. 1303.
 Conradum Doriæ Procuratorem suum
 Papæ Benedicto fidelitatis juramentum
 dixit 8 Decembris eodem anno 1303.

§. XXXVII.

*Effræna Serviciæ Dalmatiæque
licentia.*

Interim Papa de multis rebus indignis,
 quæ in Servia & Dalmatia fiebant,
 certior factus, ad Martinum Antivaren-
 sem in Albania Archiepiscopum ita scri-
 psit: Ut comperimus, in conferendis Or- Rayn. n. 58.
 dinibus ac beneficiis nec tempus, nec
 ætas per canones præscripta observa-
 tur: sed ob pecuniam & potentiam lai-
 corum negliguntur regulæ. Dignitates
 Præfulum cæteraque beneficia, dum pos-
 sessores adhuc vivunt, tribuuntur ho-
 minibus, qui male acceptis male utun-
 tur. Laici vivis uxoribus suis ducunt a-
 lias; & matrimonia in vetitis gradibus
 cognationis vel affinitatis contrahunt.
 Alii contra templa & homines sacros
 omne violentiæ genus impune perpe-
 trant: incendunt, effringunt, diripiunt;
 in anathemata mille incurrunt: ac nemo
 est, qui eos doceat, ad poenitentiam sti-
 mulet, absolvat, vel necessarias legum
 gratias eis faciat. Sic moriuntur pec-
 catis

M m 5

catis

Sæcul. XIV.
A. C. 1303.

catis obruti, & sejuncti ab Ecclesie corpore, præsertim cum locorum longinquitas, pericula viarum, inopia vel se-nectus eos Summam adire Sedem non patiatur. Itaque nunc quidem, ut cuncta hæc vitia in Servia vicinisque provinciis corrigas, mandatum tibi damus cum potestate absolvendi a censuris. Scribebat 18 Nov. 1303.

§. XXXVIII.

Columnæ restituantur in statum pristinum.

Rayn. 1304.
n. 13.

Diff. p. 228.

Interea Cardinales cæterique de familia Columnarum in integrum restitui volebant, ac revocari omnia a Bonifacio contra se facta. Papa Benedictus per litteras 23 Dec. datas rescidit sententias exauthorationis duorum Cardinalium Jacobi ac Petri, cæterasque poenas reliquæ irrogatas familiæ, exceptis bonorum sectionibus, quas injudicatas reliquit sicut instaurationem urbis Prænestinæ.

§. XXXIX.

Cardinalis Albertinus Papæ Legatus in Hetruria.

Decimo octavo Decembris illo Mercurii die, in quem trimestris ecclesiastici

fici jejunium incidebat, Papa Benedi-
ctus Nicolao Albertino seu de Marti-
nis sacram purpuram contulit ac infulam
Ostiensem, quæ fuit ejus titulus. Prati
in Hetruria natus, cum Prædicatorum
Ordini dedisset nomen, doctrina & in-
dustria ibi sua eminuit. Romæ gene-
rali illius procuratione fungentem Bo-
nifacius VIII 1 Julii an. 1299 Episcopum
Spoletinum & suum Romæ Vicarium
fecit; deinde ad Reges Franciæ An-
gliæque Legatum misit. Hic Cardina-
lis ardebat studio factionis Gibellinæ.
Papa simul Guilielmum Maclesfeldium
Anglum eodem ex Ordine Cardinalem
creavit, qui nondum accepto rei nuncio
vitam posuit.

Sæcul. XIV.
A.C. 1304.

Ughell. to. I.
p. 86, p. 179.

Rayn. 1304.
n. 1.
Auberi
p. 390

Ultimo Januarii anno 1304 Papa Be-
nedictus Cardinalem Albertinum in He-
truriam, Æmiliam, & Marchiam Tarvi-
sinam Legatum misit, ut pacem con-
ficeret inter populos distractos per fa-
ctiones Guelforum, & Gibellinorum, Al-
borum Nigrorumque. Albertinus dela-
tus Florentiam, 10 Martii in foro S. Joan-
nis dicebat ad populum, exhibitisque
potestatis suæ testibus litteris declara-
vit se jussu Papæ daturum operam, ut
Florentini inter se redirent in gratiam.
Probi de populo homines primoribus ur-
bis, quod ipsos deprimendi causa turbas
concitassent, insensi se addicebant Lega-
to,

Rayn. 1304.
n. 1. 2.

Jo. Vill. 1. 8.
c. 69.

Sæcul. XIV.
A. C. 1304.

to, & quia tunc auctoritate valebant, plenam ei potestatem dabant jungendi pacem intus quidem inter cives, foris autem cum proscriptis. Hoc sine is secundum veterem Reipublicæ formam populum divisit in certas tribus, & unicuique signiferum præfecit. Accivit etiam exulum Oratores duodecim, qui eis redeundi copiam impetrarent.

Sed potentioribus Guelfis seu Nigris (nam iidem erant) videbatur Gibellinorum seu Alborum, nempe familiæ saxe partium studio teneri. Quapropter illi falsam epistolam Legati tum nomine exaratam tum sigillo munitam ad Gibellinos ejus amicos Bononiam & in Familiam miserunt; qui per eam monebantur, ut Florentiam cum copiis ad eundem adjuvandum properarent. Veniebant reipsa, & quando eos prope abesse constitit, Legatus acriter traductus per ora hominum, multum existimationis amisit: nam epistola vere ipsius esse credebatur: id quod aliqui crediderunt semper. Igitur ei suasum est, ut has suspiciones ex animis delendi gratia adiret Pratum suam patriam, ibi pacem facturum. Vix discesserat, cum adversarii Guelfos Pratenfes in eum commoverunt. Sic urbem erga se male affectam videns, ac metuens sibi Cardinalis abiit, eamque interdicto, cives execratione devinxit.

vinxit. Tum Florentiam reversus Pra-
to bellum indici voluit. Itaque in Pra-
tenses Florentini Albi, sed in hos Ni-
gri capiebant arma; & urbs in partes
scissa erat. Legatus, quod nihil ageret,
nec securus esset, 4 Junii Florentiam di-
vinis interdictam, incolas anathemate
percuttos reliquit subito.

Quo tempore hac in urbe erat, publi-
ca agitabantur gaudia; & inter alia pro-
mulgatum est illum, qui nova scire de
orbe vellet altero, primo Maji aliqua
in urbis certo ponte cogniturum. Et
vero illa die conspecti sunt in Arno flu-
vio multi lembi onusti pegmatibus ac per-
sonis exhibentibus inferos. Ibi specta-
bantur ignes ac tormenta varia, ho-
mines terrificis daemorum larvis tecti;
alii nudi horribilem in modum ejulantes,
ut repraesentarent damnatas animas. At-
dum populus hoc ad spectaculum est
attentissimus, pons ligneus nimis one-
ratus corruit cum insistentibus: in flu-
men merguntur alii; alii sauciantur, &
usum membrorum perdunt: tota civitas
in luctum & lacrymas abit. Poëma *J. Vill. l. 9.*
de Inferis a Dante Florentino compo-
situm indicat, quanto in amore illi secu-
lo scenæ tam tetrae fuerint. Vivebat *Sup. 9. 5.*
tum Dantes; sed tanquam fautor Albo-
rum Florentia expulsus erat anno 1301,
cum Carolus Valesius illuc venisset.

Cardi-

c. 70:

J. Vill. l. 9.

c. 135.

Sup. 9. 5.

Sæcul. XIV.

A C. 1304.

c. 27.

Rayn. 1304.

n. 6.

Cardinalis Albertinus ad Papam Perusiam agentem redux Florentiæ Magistratus velut Dei ac Ecclesiæ inimicos Benedicto & Cardinalibus odiosissimos per graves querelas suas reddidit, exponens calumniam, & contumeliam sibi factam, cum restituere pacem conaretur. Papa summopere commotus 22 Maji an. 1304 litteras ex consilio Cardinalis edidit: in quibus Legati offensam, & crimina Florentinorum exaggerans, duodecim de præcipuis Guelfinarum partium intra octavam S. Petri seu in-eunte Julio coram se adesse voluit. Hoc tempore non expectato mox Perusiam cum comitatu egregio venerunt, ut Papæ suas excusationes proponerent. Sed illis absentibus Gibellini Pisarum, Bononiæ, aliarumque urbium Florentiam oppugnatam ibant: & Cardinalis Albertinus eos instigasse clanculum dicebatur.

§. XL.

Concilium Compendinum.

In Gallia Robertus Curtiniacensis Remorum Archiepiscopus die Veneris post Circumcisionem Domini an. 1303, scilicet 4 Januarii anno 1304 ante Pascha Compendii habuit concilium. Huic intererant Suelfionum, Lauduni, Bellovacii,

fo. II. p. 1492

vaci, Attrebatī, Silvanectī, Ambiani, Tervæ, & Cameraci Episcopi octo, ac Oratores trium reliquorum Noviodunensis, Tornacensisque, & Catalaunensis. Quinque ibi canones condebantur, in quibus noto sequentia. Dominorum temporalium ministri falso perhibebant Clericos tum connubio ligatos tum solutos mercaturam facere; nec Judices sacros rei cognitionem capere patiebantur; sed Clericos ad profanum trahebant forum, & tributa solvere cogebant: quod prohibet Concilium. Tum dicit: Qui per duos annos anathemate devincti decesserint, nec Ecclesiæ fecerint satis, tanquam suspecti de hæresi sepultura carebunt ecclesiastica. Et quia per biennium vel diutius proscripti huic Concilio, quanquam citati, se non stiterunt, de hæresi suspectos habemus, atque volumus, ut ex præscripto canonum se quisque Episcopo de illa purgent. Ecclesiastici omnes hujus provinciæ ad mensam præter jusculum duobus ferculis contenti erunt.

sæcul. XIV.
A. C. 1304.

c. 2.

c. 3.

c. 4.

c. 5.

§. XLI.

Papæ litteræ in gratiam Galliarum.

Rex Philippus Pulcher novo Papæ Benedicto XI suam addixit obedientiam per Legatos Beraldum Mercorii Domini-
Diff p. 205.
miam,

Sæcul. XIV. **A.C. 1304** **Rayn. n. 9.** **Diff. p. 224.** minimum, Petrum de Bella Pertica Canonicum Carnutensem, & Guilielmum Plessium Equitem. Habebant secum epistolam, in qua Rex gaudium ingens de summa Benedicti dignitate, & magnam ejus existimationem indicat; simul tamen Bonifacium ejusdem antecessorem vocat pastorem falsum ac mercenarium, qui per crimina & mala exempla sua extremis Ecclesiam periculis exposuerit. In Legatorum numero erat etiam Guilielmus Nogaretus, ut apparet ex litteris patentibus, quas Rex dabat sabbato ante festum S. Matthiæ an. 1303, nempe 21 Febr. an. 1304. Per has litteras Rex quatuor Legatis suis facit potestatem agendi cum Papa Benedicto de controversiis omnibus cum Bonifacio habitis: & alias per litteras eis dat facultatem accipiendi suo nomine Papæ absolutionem cunctis censuris, in quas incurrere potuerit. Hæc litteræ erant scriptæ sabbato post festum, hoc est, post dominicam, quam vocant Quinquagesimam (scilicet diem ante Pascha) & hoc sabbatum incidebat hoc anno 1304 in decimum quartum Februarii. Nogaretus nec his in litteris, nec in epistola ad Papam nominatur fortasse tanquam nimium odiosus Romanæ Curiæ. Memorabile vero est Regem Legatis suis fecisse copiam accipien-

cupiendi tantum, non postulandi absolutionem Papæ.

Papæ jucundum fuit Romæ accipere Legatos cum epistola Regis, quem etsi non poscentem a censuris absolvit: id quod grætiæ singularis instar magnificentabat in suis ad eum litteris, quas 2 Aprilis dabat. Deinde multa alia Diplomata edidit Regi regnoque faventia: & per unum quidem Viterbii 18 Aprilis scriptum rogatu Regis restituit suspensam a Bonifacio potestatem conferendi laureas in Theologia & Jure: per aliud postero die datum reddidit reservatam facultatem providendi Ecclesiis cathedralibus ac religiosis. Perusis 13 Maji exaratae sunt tres litteræ. Per primas Papa Benedictus cunctos Præsules, Viros ecclesiasticos, Barones, aliosque Nobiles Romam euntium moratores, item de captivitate Bonifacio structa reos ab anathemate absolvit excepto solo Guilielmo Nogareto, cujus absolutionem sibi reservavit. Per secundas ignovit Præsulibus Doctoribusque Gallis neglecto Bonifacii mandato Romam non profectis. Per tertias privilegiorum Regi & Administris ejus concessorum suspensionem a Bonifacio pronunciatam, absolutionemque a juramentis retextuit, Regem ac regnum in statum pristinum restituens.

Hist. Eccles. Tom. XXII.

N n Rex

Sæcul. XIV.
A. C. 1304.

p. 207.

p. 229.
Sup. p. 32.
p. 209.
Rayn. 1304.
n. 9. 10.
Diff. p. 208.

p. 229.

p. 230.

Sæcul. XIV.
A.C. 1304

Rex Philippus duos Equites alios, Guilielmum Castenæum, ac Hugonem Cellium Romam miserat cum epistola Julii an. 1303 data, qua Cardinales orabat, ut ipsius appellationi a sententia Bonifacii, & convocationi generalis concilii adhærerent. Hi duo Nobiles Romam delati una cum Notario 12 Aug. 1304 decem Cardinales sigillatim in ipsorum domibus adiere: quorum quinque respondebant Papam rem Senatus agitandam proposuisse, seque hujus decreto staturos: quinque reliqui declarabant se consentire in convocandum concilium, eoque operam collaturos suam. Postea iidem Legati epistolam Regis sex aliis Cardinalibus exhibuere, quorum quatuor se obsecuturos Papæ animo, & duo se concilii convocationem curaturos reponebant.

p. 219.

p. 231.

Rayn. 1303.
n. 57.

Septimo Decembris an. 1303 Papa Benedictus Bernardum Rojardum Santonensem Archidiaconum Anagninam & loca vicina petere, thesaurum Ecclesiæ capto Bonifacio direptum quærere, & quantum posset, avehere iussum instruxerat potestate agendi omnia hunc ad finem necessaria. At post sex menses 7 Junii an. 1304 ultra procedens Perusiæ promulgari litteras voluit, in quibus omnia, cum Bonifacius caperetur, facta, & speciatim thesauri direptionem referens, graviterque exag-

Id. 1304. n. 13
Diff. p. 232.

gerans Guilielmum Nogaretum, Sciar-
ram Columnam, & undecim alios, o-
mnino tredecim execratione devinxit,
atque festo S. Petri die coram se ad-
esse iussit.

Sæcul. XIV.
A. C. 1304.

§. XLII.

*Carolus Valesius Constantinopoli re-
cuperandæ intentus.*

Interea Carolus Valesius Regis Philippi
frater per Canonicum Parisiensem suum
Cancellarium & per quendam Virum
nobilem e diocesi Carnutina tanquam
internuncios Papam edocuit se armare
classem Imperium Constantinopolitanum
ad Catharinam Curtiniacensem conju-
gem suam pertinens recipiendi gratia; *Rayn. n. 28.*
poscebatque, ut Benedictus legata pia *Ducang.*
cæterasque donationes in emolumentum *hist. C. P.*
Palæstinæ factas pro sumptibus hujus *p. 224.*
expeditionis ipsi concederet, & com-
mutaret vota illorum, qui terræ sanctæ
causa induissent crucem, atque cum ipso
in schismaticos ire vellent. Demum po-
stulabat, ut Papa pro hoc molimine sa-
crum ubique classicum cani juberet.
Is 27 Maji rescripsit se consentire in ejus
petitiones excepta generali exhortatione
ad ineundam crucis militiam; illam in a-
liud tempus esse differendam ob præ-
sentem Galliæ statum, nempe ob bel-
lum

N n 2 lum

Sæcul. XIV. lum cum Flandris, quod omnes regni vi-
 A.C. 1204. res exigeret.

Kayn. n. 29.

Sed 20 Junii ad Episcopum Silvanectensem aliosque Franciæ Præsules epistolam dedit in hanc sententiam. Religionis studium debet sine dubio Christianorum animos accendere ad eripiendum schismaticis Imperium Constantinopolitanum. Nam si (quod nolint Superi!) illo potirentur Turcæ, ac reliqui Saraceni, qui Andronicum identidem invadunt, his non facile posset adimi. Et quanto periculo, quanto dedecori hoc esset Romanæ Ecclesiæ totique orbi Christiano! Optamus certe, ut Comitis Caroli molitio prosperum successum habeat quippe utilissima ad ferendas terræ sacræ supplicias variis ex causis tamdiu retardatas. Ita-que vos cunctos rogamus, ut ad id opus bonum efficacem conferatis operam. Etenim si nossetis Græcorum nostri contemptum odiumque ac errores in fide, supervacanea foret nostra vestri adhortatio ad hoc consilium cum ardore suscipiendum.

§. XLIII.

Benedictus XI favet Fratribus Mendicantibus.

Sup. §. 29.

Rayn. n. 31.

Quynh. p. 197

Papa Benedictus Guilielmo Maclesfeldio, quem anno priore Cardinalem crea-

creaverat, mortuo suffecit alium Doctorem Anglum ejusdem Ordinis Prædicatorum, nempe Gualterium Winterbornium Regis Eduardi conscientiaæ Arbitrum, & Cardinalem Presbyterum de S. Sabina dixit illo jejunii verni sabbato, quod a trimestri ecclesiastico nomen accepit, 21 Febr. 1304. Gualterius paulo post migravit Romam; sed non advenit nisi post obitum Papæ.

Benedictus XI tres solum Cardinales fecit, omnes ex Ordine suo: cui quantopere addictus esset, ostendit etiam per hanc sanctionem in gratiam Fratrum Mendicantium: Quandoquidem Bonifacius VIII inter Clerum secularem & Fratres Mendicantes conficere pacem cupiens discordiam auxit, nos revocamus decretum ejus, ac volumus, ut Fratres Prædicatores Minoresque libere concionari possint in templis suis locisque publicis, etsi non petant permissum Episcoporum; sed non in templis parochiarum iuvitis Parochis. Sacras confessiones ex autoritate Summi Pontificis sine consensu Episcoporum excipere poterunt ii, quos Præsides sui hoc ad munus elegerint: & qui fuerint illis confessi, neutiquam tenebuntur iterum confiteri suis Parochis, non obstante decreto Concilii Lateranensis, quod non potuit velle, ut debitor liberatus rursus

Sæcul. XIV.
A. C. 1304.

Extrav. com. de privilegi. c. I. Alb. Argent. p. III. Chr. Citis. p. 821. Sup. §. 25.

Sæcul. XIV.
A.C. 1304.

sum solvere teneatur. Ut tamen lo-
corum Episcopis debitus habeatur ho-
nor, Fratrum Præpositi eis indicabunt, a
se delectos fuisse poenitiæ ministros:
neque hos illis sistent, vel nominabunt,
aut numerum eorum dicent; sed Epis-
copos, ut eos approbent, demisse ora-
bunt. Si non fecerint intra triduum,
Fratres haud omittent functiones suas:
& consensus semel datus non cessabit
per mortem Præfulum. Fratres cave-
bunt, ne confitentes audiant eos, quo-
rum crimina solennem merentur poenam,
vel anathemate percussos, vel Clericos
ad sacra munia obeunda inhabiles, vel
illos, quorum absolutio est Episcopo re-
servata. Præpositi Regulares magna cir-
cumspeditione utentur in delectu Fratrum
ad verbi divini præconium & ad poeni-
tentiam administrandam.

Cadavera illorum, qui sepulturam
apud Fratres elegerint, ad horum tem-
pla instructo procedentium agmine inter
cantus ecclesiasticos deferentur: neque
Parochi aut Episcopi de iis, quæ mortui
Fratribus reliquerint, accipere quid-
quam poterunt, sed dimidium duntaxat
doni funebris ad Parochos spectat
secundum privilegia Fratribus concessa
per Summos Pontifices ante sanctionem
Bonifacii. Nihil detrahitur de iis, quæ
relicta sunt pauperibus. Atqui Fratres
isti

isti nulla omnino bona vel singulatim, **Sæcul. XIV.**
 vel communiter possident, ac mendicant, ut victum vestitumque habeant. **A.C. 1304.**
 Hæc est summa sanctionis Benedicti XI, in qua sicut in decreto Bonifacii notari potest, Fratrum Prædicatorum Minorumque tantummodo mentionem fieri: quod argumento est, reliquos Ordines Mendicantium tum quidem non fuisse celebres.

§. XLIV.

Benedictus XI obit.

Summus Benedicti pontificatus fuit brevis: & manavit rumor eum veneno necatum esse ex invidia quorundam Cardinalium: quod ita narrabatur. Cum **J. Vill. l. 8. c. 80.** Perusæ, ubi hærebat, assideret ad mensam, venit juvenis quidam puellari sub amictu, se dicens Religiosarum S. Petronillæ Virginum ancillam in rebus extraneis, & argenteam lancem bellis refertam ficis tenens, quas Papæ obtulit nomine Antistitæ ipsi addictæ. Lætissimus hic accepit fructuum genus suo palato suave: & ficus a persona clausa profectas ratus, nullis prægustari jussis, comedit multas. Mox æger decubuit, **Papebr. conat.** obiitque post paucos dies, nimirum 6 Junii an. 1304, cum sedisset mensibus octo, diebus quindecim. Intra ipsam Perusiam

N n 4 siam

Sæcul. XIV
A.C. 1304.

Rayn. n. 32.

fiam in templo Prædicatorum sepultus est sine ceremonia, & sub tumulo primum rudi, cui posthæc addita sunt ornamenta architecturæ Gothicæ pro more temporis. Miracula ibi multa dicuntur facta. Summa Sedes vacavit undecim prope menses.

§. XLV.

Res Universitatis Parisina.

Nang. to. 11.
Spicil. p. 614

Dubois
p. 531. 538.

Cum Papæ Benedicti diplomata de absolute Regis Philippi Pulchri, ac de reddita Doctoribus potestate conferendi laureas Theologiæ ac Juris Canonici Parisios pervenissent, Regis litterarum horum diplomatum summam continentium in templo Dominae Nostræ coram Præsulibus & Clero data opera accersitis publice legebantur 28 Junii pridie festum S. Petri. Decefferat die lunæ 22 ejusdem mensis Simon Matifas Bucinus Episcopus Parisiensis: cui die Veneris ante festum S. Matthæi decimo octavo Septembris per suffragia successus est Guilielmus Bosetus natus Auriliaci in Arvernia, Canonicus Parisinus, & Physicus, nempe Regis Medicus, quem doctrina & mores commendabant sui. Senones erant, ubi eum Archiepiscopus Stephanus Bequartus consecravit anno sequente die S. Sulpitii 17 Januarii.

Interim

Interim Universitas cessaverat a le-
 sionibus suis ob injuriam, quam perhi-
 bebatur accepisse se a Petro * Gemino ca-
 pitali Tribuno Parisino, quod is quendam
 Academicum nomine Philippum Barbe-
 rium Rothomagensem capi, ac suspen-
 dio perimi præcipiti mentis impetu jus-
 sisset. Quapropter Judex ecclesiasticus
 die lunæ ante Natalem SS. Virginis nem-
 pe septimo Septembris curavit edici, ut
 proximo die festo tempore sic dictæ
 Tertie horæ canonicæ omnes Parochi
 cum populo ad ædes Tribuni instructo
 ordine procederent; in quas jacerent la-
 pides, & clamarent: Secede, secede e-
 xecrande Satana! agnosce tuum fla-
 gitium! redde honorem nostræ Matri
 sanctæ Ecclesiæ, quam ignominia affeci-
 sti, quantum est in te, ac læsisti sua in li-
 bertate! alioqui fors tua sit cum Dathan
 & Abiron, quos terra vivos absorbit!
 Hoc edictum continebat administrandi
 muneris interdictionem & anathema.
 Lectiones omissæ sunt, donec Tribunus
 Universitati satisfaceret jussu Regis, ac
 Romam iret, ut absolveretur. Tum cœ-
 ptæ denuo sunt lectiones die Martis
 post festum Sanctorum Omnium tertio
 Novembris. In compensationem inju-
 riæ Rex quadraginta librarum redditus
 annuos ex suo ærario assignavit duobus

Sæcul. XIV.

A. C. 1304.

Nang. ibid.

Duboulay

to. 4. p. 72.

* Le Jumeau

Sæcul. XIV. sacrarii Præfectis ad Universitatis arbi-
 A.C. 1304. trium constituendis.

Nang. p. 617

*Duboulay
p. 69.*

*C. Firmiter.
1. de sum.
Trin. §. 3.*

Eodem anno Joannes Parisiensis ex Ordine Prædicatorum Theologiæ Doctor, magna scientia & eximio vir ingenio voluit introducere novam rationem explicandi præsentiam corporis Christi sub speciebus Eucharisticis, dixitque, hoc ibi esse posse non tantum per conversionem substantiæ panis in corpus Christi, quod esset pars naturæ humanæ secundum communem Doctorum opinionem; sed etiam defendi posse Christum assumere substantiam panis: & hanc expolitionem esse magis popularem, & forsitan rationi ac veritati convenientiorem, quippe melius salvantem indicia remanentium specierum sensibilibus. Reliqui Doctores tuebantur contrarium, præcipue per decretalem Innocentii III de promptam e concilio Lateranensi, agebantque hanc explicationem novam esse rejiciendam tanquam dissentaneam fidei. Sed frater Joannes obstinato animo perstabat in sententia. Idcirco novus Episcopus Parisinus Guilielmus Auriliacensis convocavit Ægidium Romanum Bituricensem Archiepiscopum, Bertrandum Dionysiopolitanum Episcopum Aurelianensem, Guilielmum Matiscensem Ambiani Episcopum, aliosque Doctores, quorum de consilio fratri Joanni perpetuum hac

hac de re silentium imperavit sub a-Sæcul. XIV.
 nathe matis poena, si non pareret, lectio- A.C. 1304.
 nesque ac verbi divini præconium inter-
 dixit. Is appellavit ad Summam Sedem:
 atque in Romana curia designati sunt
 viri, qui in doctrinam ejus inquirerent:
 sed vitam prius reddidit, quam nego-
 tium finiretur.

§. XLVI.

*Expeditio sacra Fratris Joannis
 Moncorvini.*

Amplius annis quindecim Joannes Mon-
 corvinus Italus ex Ordine Fratrum *Sup. lib. 89.*
 Minorum in Oriente apostolicum ege- *S. 4.*
 rat virum, quando Generalis Ministri Vi- *Vading.*
 cario epistolam scripsit hunc in modum. *1305. n. 10.*
 Anno 1291 relicta Persica urbe Taure-
 sio ingressus Indiam tredecim menses S.
 Thomæ Apostoli templo utebar ad mu-
 nia mea, & variis in locis capita centum
 circiter sacro fonte ablui. Itineris co-
 mitem habui fratrem Nicolaum Pistori-
 num, qui mortuus ibi humatus est in eo-
 dem templo. Ego progressus ultra ad-
 veni in Cathajam regnum Imperatoris
 Tartariæ, quem Magnum appellant Ca-
 num. Invitavi eum secundum Papæ lit-
 teras ad amplectendam fidem nostram:
 sed obduruit nimis in cultu falforum Nu-
 minum:

Sæcul. XIV.
A.C. 1304.

minum: multis tamen beneficiis Christianos prosequitur; & jam supra biennium apud eum hæreo. Nestoriani, qui nomen Christianorum gerunt, sed a vera religione procul absunt, in terris illis tanta valent potentia, ut nullum diversi ritus Christianum ibi facellum quantulumcunque condere, aut doctrinam aliam quam suam tradere patiantur: nam nemo ex Apostolis vel discipulis eorum hanc in regionem venit. Hi proin Nestoriani tam per se quam per alios pecunia corruptos mihi vexationes asperrimas accipere, me non missum a Papa, sed exploratorem deceptoremque magnum dicentes: & aliquo post tempore subornati ab eis alii testes falsi perhibebant ad Imperatorem missum esse Legatum magnificas ipsi opes afferentem; has cum vita me illi abstulisse in India. Hæc calumnia duravit annos quinque circiter, ita, ut sæpe ad tribunal raptarer cum ignominia & periculo mortis. Tandem per confessionem unius fontis Imperator cognovit innocentiam meam, meorumque inimicorum nequitiam, qui una cum uxoribus ac liberis suis in exilium sunt ejeti.

Hac in expeditione sacra undecim annos sine socio egi usque ad adventum fratris Arnoldi Teutonis e provincia Coloniensi, qui anno secundo adest. Cambali,

bali, ubi Rex potissimum residet, constru-
 xi templum, ac sex abhinc annis absol-
 vi: addidi turrim, in qua suspendi æs
 campanum non unum sed triplex. Ibi
 baptisinate tinxī (quod sæpe facio) hacte-
 nus, ut opinor, hominum sex millia cir-
 citer; & tincturus fuisset supra triginta
 millia, si calumniæ abfuissent, de quibus
 memini. Informavi sensim ethnicorum
 liberos centum quinquaginta ætatis me-
 diæ inter annos septem ac undecim, nul-
 lius antea religionis gnaros. Aspersi
 eos aqua vitali, litterasque Latinas &
 Græcas docui. Scripsi pro eisdem tri-
 ginta duos Psalmorum codices cum hy-
 mnis, ac duos libros precum horariarum;
 per quos undecim pueri jam sciunt divi-
 num officium, faciunt chorum, ac hebdo-
 madarios, ut vocamus, ritu cœnobita-
 rum, agunt sive sim præsens, sive absim.
 Plures eorum describunt Psalmorum li-
 bros, aliasque res congruas: & Impera-
 tor canentes libentissime audit. Ad om-
 nes horas, quas dicimus canonicas, æs
 campanum pulso, & cum pueris officium
 perago: sed cantamus per quotidianam
 exercitationem, quia codices notis musi-
 cis instructos non habemus.

Illius regionis rex quidam nomine
 Georgius de secta Nestorianorum ac de
 stirpe Presbyteri Joannis in India primo,
 quo huc veneram, anno addixit se mihi,
 &

Sæcul. XIV.
 A. C. 1304.

Rayn.
 1305. n. 19.

Sæcul. XIV.

A.C. 1304

& mea opera catholicam amplexus fidem minoribus acceptis Ordinibus mihi sacrificanti seruiit in ornatu regio. A Nestorianis desertor religionis habitus haud omisit tamen magnam subditorum partem ad orthodoxam doctrinam adducere, ac in honorem divinæ Triadis magnificentum exstruxit templum, quod in gratiam Papæ nuncupavit Romanum. Hic Princeps ante sex annos obiit ut pius Christianus, & filium reliquit, qui modo novem ætatis annos habet. Sed Regis Georgii fratres Nestoriani post ejus mortem cunctos, quos ille Ecclesiæ Romanæ adjunxerat, ad suum schisma reducere. Ita cum essem solus, nec pollem a Cano digredi, hoc templum viginti dierum itinere distans adire nequii. Si vero bonos aliquot operarios nanciscar, confido in Deo rem totam restitui posse: nam privilegium Regis Georgii etiamnum teneo. Repeto: nisi calumniæ illæ nihil essent aspersæ, fructus fuisset ingens: atque, si duos aut tres socios habuissem, Canus forsitan salutis fonte lustratus esset. Igitur, siqui fratres venire velint, precor, ut sint ex numero illorum, qui exemplum præbere bonum, non sibi famam colligere cupiunt.

Ad iter quod attinet, brevius est ac tutius per Tartariam ad septem triones
fitam,

sitam, ita, ut quinque aut sex mensium Sæcul. XIV.
 spatio fratres huc advenire queant. A. C. 1304.
 Al-
 terum iter longissimum est ac periculosis-
 simum; postulat duos trajectus maris, pri-
 mum a Provincia ad portum Ptolemai-
 dis, secundum inde ad littus Angelicæ,
 ac forsan biennio vix confici posset. Per
 duodecim annos nihil novi comperi vel
 de Romana curia vel de Ordine nostro,
 vel de statu Occidentis. Sed duos ab-
 hinc annos chirurgus venit Lombardus,
 qui hac de re maledicta incredibilia per
 hæc loca sparsit. Itaque fratres, qui hanc
 legent epistolam, curent, velim, ut ea,
 quæ continet, audiant Papa, Cardinales,
 & Procuratores nostri Ordinis in Roma-
 na curia. Nostro Ministro Generali sup-
 plico, ut mittat mihi librum antiphona-
 rum, legenda ex vitis Sanctorum, gra-
 duale, & codicem Psalmorum cum no-
 tis musicis, qui pro archetypo serviat:
 nam habeo duntaxat gestatu facilem li-
 brum precum horariarum curtarumque le-
 ctionum, & parvum codicem Liturgiæ
 sacræ. Archetypum si consequar, id de-
 scribent pueri, quorum mentionem feci.
 Modo me occupatum habet exstructio
 templi alterius, hos ut pueros in loca
 plura dividam. Jam sum ætate prove-
 ctus: minus tamen per hanc incanui,
 quam per labores, afflictionesque: ete-
 nim solum quinquaginta octo annos nu-
 mero.

Sæcul. XIV. mero. Tartarorum linguam & scripturam didici satis: totamque legem novam & Psalmos sermoni eorum tradidi: **A.C. 1304.** Christi legem doceo, & publicis concionibus explico, sicut vidi, & audi. Non credo ullum orbis Principem cum Cano æquari posse, seu spatium imperii, seu subditorum multitudinem, seu opum affluentiam spectem. Dabam Cambuli in Cathaja 8 Januar. 1305. Sic sonat fratris Joannis Moncorvini epistola, quæ nonnullis observationibus opus habet.

V. Haiton.
l. i. c. 1.

Bibl. orient.
p. 991.

p. 222. 253.

p. 88.

p. 363.

Pococ. suppl.
p. 3.

Cathaja sive Catha est China septentrionalis tunc cognita sub nomine Cathajæ, ut liquet ex narratione Marci Pauli Veneti, qui sub annum 1269 ibi erat. Lusitani anno 1516 a se detectam nominarunt Chinam. Hæc terra peculiare habebat Reges, quorum sedes ac urbs primaria erat Cambalum, seu Can-Ballum, hodie sub nomine Pechini notum. Attamen secundum hanc epistolam Magnus Tartarorum Canus videtur tum residisse Cambali, ac fuisse Mahomet Gajateddin, alio nomine Algaptus Argonis filius, qui suo fratri Casano successit anno Epochæ Arabicæ 703, Christi 1303. Persice voluit etiam dici Chodabenda, seu servus Dei: & regnavit usque ad annum 716, sive 1316 secundum historias Orientis: agebat hyemem Bagdetiæ, æstatem

statem Sultaniæ, quam condiderat anno 705 seu 1304. Est ille, qui ab Haitone vocatur Carbaganda per corruptionem vocis: Chodabenda. Eodem teste natus matre Christiana & in sacro fonte Nicolaus dictus post ejus obitum ad Musulmannicas superstitiones transiit. Quod ad Nestorianos spectat, extenderunt se primum sub Persis Romanorum hostibus; dein sub Musulmannis longius Ortum versus progressi Chinam intrarunt anno Christi 636. Ad maledicta per chirurgum Lombardum sparsa quod attinet, forsitan erant probra in Papam Bonifacium jacta.

Sæcul. XIV.

A. C 1305.

Hait. hist.

6. 45.

Kirch. China
illustr. fol. 91

§. XLVII.

Haito Princeps Armenus.

Haito, cujus testimonium modo attuli, erat Armenus, Curchi Dominus, cognatus Armeniæ Regis, cui multos per annos in bellis contra Saracenos & Tartaros serviit, quanquam religiosam vitam amplectendi consilium pridem susceperat: quod hoc anno 1305 executioni mandavit. Nam post magnam victoriam ab Armenis in Caramania de copiis Sultani Ægyptii relatam, Rege Livone cæterisque propinquis valere jussis profectus in Cyprum insulam, se totum Deo dicavit in cœnobio Ordinis Præmonstratensi Episcopia nomine.

Hait. præf.
hist. c. 46.

Hist. Eccles. Tom. XXII.

O o Ar-

Sæcul. XIV.
A.C. 1305.
Hait. hist.
c. 33.

Sanut. p. 233

Vading. an.
1294. n. 10.

Pachym.
l. 9. c. 6.

Armenia jam duos Reges Haito-
nes habuerat. Prior, cum regnasset
annos quadraginta quinque, suo filio Ti-
voni, seu Livoni relicto regno factus mo-
nachus, non additur cujus Ordinis, Ma-
carius nuncupari voluit de more Ar-
menorum, dum sacram augment familiam,
nomen mutantium; & paulo post dece-
sit nempe anno 1270. Rex Haito se-
cundus noluit coronari, & assumpto Mi-
norum Fratrum vestitu se Joannem dixit:
sed erat tantum tertii Ordinis, quia re-
gnum non abdicabat. Cum ob nuptias
sororis suæ Mariæ cum Michaelē Impē-
ratoris Andronici filio natu majore Con-
stantinopolim adisset, absentis frater Se-
batus solum conscendit an. 1294: re-
versumque Haitonem Armeni recula-
runt agnosere Regem amplius. Hac
exponere opus fuit, quia multi Authores
hodierni duos ex istis Haitonibus, aliqui
cunctos tres confuderunt.

§ XLVIII.

*Cum Athanasio Constantinopolitano
Episcopi redeunt in gratiam.*

Episcopi Græciæ ab Athanasio Patriar-
cha se juncti urgente sæpius Impera-
tore Andronico tandem illum agnovere
domi

dominica Palmarum 11 Aprilis 1305. Sed nullis ejusdem efflagitationibus flecti poterat Patriarcha Alexandrinus, pariter Athanasius nomine; qui nec hunc, nec illum nominabat in sacris. Quocirca Episcopi eum ipsum eximere de diptychis volebant; non tamen properabant, sperantes mutaturum sententiam, ac ne magis exasperaretur veriti; præterquam quod hæc causa non videretur sufficere ad delendum ejus nomen. Consuebat melius fore, si rem differrent, tanquam facturi, ni cessaret oblitescere: & interea temperamentum istud excogitarunt, Patriarchæ Constantinopolitano non esse peragendam rem divinam, ne assistentes ei Diaconi de diptychis legere Alexandrini nomen cogerentur; ac Presbyteris sacrificandum esse solis seu sine ullo Diacono. Sic actum in palatio, immo etiam in templo principe, non modo diebus operariis, sed etiam feriis solennissimis. Prima jejunii verni dominica, qua Græci orthodoxiam solenniter celebrant, tamen Imperator & maxima populi multitudo aderat, Patriarcha non comparuit. Sacerdos fuit, qui sacris operabatur solus & tam submissa voce, ut ob strepitum non audiretur. Idem factum feriis Paschatis ac festo S. Georgii die.

VIX 1305.
 Sæcul. XIV.
 A. C. 1305.
 Pachym. l. 9
 c. 20.

Sæcul. XIV.
A.C. 1305.

§. XLIX.

Cardinalis Albertini artes.

Jo. Villani
l. 8. c. 80.
S. Anton.
par. 3. tit. 21.
6. I.

Summa sedes continenter vacabat ob
diffensionem Cardinalium Perusiæ hæ-
rentium in conclavi, atque in duas fa-
ctiones prope pares divisorum. Alteri
præerat Matthæus Ruber de Urfinis cum
Francisco Cajetano Papæ Bonifacii ne-
pote: altera sequebatur ductum Napo-
leonis de Urfinis, & Albertini Pratenis
cognatos amicosque suos Columnas in
pristinum statum restituere cogitantium.
Priores Papam Italum & amicis Bo-
nifacii faventem, cæteri Gallum vole-
bant Philippo Regi, & Gibellinorum par-
tibus addictum. Quodam die Cardina-
lis Albertinus cum Francisco Cajetano
privatim agens, Grave malum damnum-
que, inquebat, afferimus Ecclesiæ, dum
Papam non eligimus. Per me non stat,
quo minus id fiat, reposuit alter. Tum
ille: Si artem bonam invenirem, num
contentus esses? Affirmabat iste: & con-
clusio fuit omnis suspicionis devitandæ
gratia alteri factionum eligendos esse
tres Transalpinos ad summam dignita-
tem idoneos; alteri intra quadraginta
dies cooptandum ex his tribus aliquem,
ac illum agnoscendum esse Papam. Car-
dinalis Matthæi sectatores in se suscepto
trium

trium delectu tanquam in rem suam ^{Sæcul. XIV.}
 futuro, tres Archiepiscopos transalpi- ^{A. C. 1305.}
 nos, si spectemus Italiam, respectu nostri
 cisalpinos, a Papa Bonifacio creatos, fi-
 deles amicos suos, & Galliæ Regis ad-
 versarii sui inimicos seligebant, quem-
 cunque illorum factio altera cooptaret,
 certo se Papam ad voluntatem suam
 habituros rati.

Fidissimus eis ac primus illorum trium
 erat Bertrandus Degotus Archiepisco-
 pus Burdigalensis, quem Cardinalis
 Albertinus credebat partibus suis aptis-
 simum ad assequendam votorum metam.
 Erat ille quidem cliens Bonifacii, & Gal-
 lorum Regis inimicus ob mala per Ca-
 rolum Valesium in bello Vasconio sibi
 illata; sed Albertino cognitus ut vir am-
 bitiosus, commodisque suis serviens, &
 qui facile cum Rege pacem jungeret. I-
 gitur ejus factio clanculum & scripto
 pacta conflavit sua cum factione alte-
 ra. Deinde hac inscia easdem pactio-
 nes cum litteris ad Regem misit per cur-
 sores fidos a mercatoribus suis sibi sub-
 ministratos & tam properos, ut unde-
 cim dierum spatio Perusia Parisios ve-
 nirent. His litteris orabat Regem, ut
 Archiepiscopum Burdigalensem reciperet
 in gratiam, si reconciliare sibi ipsi Eccle-
 siam, & Columnas amicos suos suble-
 vare

Sæcul. XIV. vare vellet, eoquod eum posset Papam
A.C. 1305. facere.

Rex litteris acceptis lætissimus suscepto fervide consilio per epistolam amicitiae plenam Archiepiscopo locum colloqui præstitit, nempe Abbatiam in silva prope Angeriacum sitam. Illac post sex dies Rex furtim modicoque cum comitatu & Archiepiscopus convenere. Cum adfuissent sacro, & impositis aræ digitis fidem sibi jurassent, Rex Præsuli comibus verbis spondit fore, ut ipsum cum Carolo Valesio reduceret in gratiam. Tum agebat: Est penes me potestas te faciendi Papam, si velim: & ideo huc me contuli. Si sex mihi gratias, quas a te petam, promittis, hanc dignitatem tibi comparabo. Sub hæc produxit litteras ad se missas & pactum inter duas Cardinalium factiones initum.

Archiepiscopus lecto utroque scripto vix præ gaudio sui compos, ad Regis genua provolutus, Auguste Rex, inquit, quiebat, ut nunc video, mihi tantum faves, quantum nulli alii, & bonum pro malo reponere vis: jube solummodo semper obediam tibi. Rex erectum osculatus, Audi, agebat, audi sex gratias, quas a te posco! Prima est, ut mihi Ecclesiam perfecte reconcilies, & condonari cures malum, quod Bonifacium capiendū

piendo feci. Altera, ut me ac sectatores meos piorum communioni restituas. Tertia, ut in quinquennium omnes regni mei decimas mihi concedas pro sumptibus in bellum contra Flandros factis. Quarta, ut Papæ Bonifacii memoriam extinguas. Quinta, ut sacram purpuram Jacobo ac Petro Columnis reddas, & quibusdam de amicis meis conferas. Sextam reservo declarandam in tempore ac loco, quippe secretam & ponderosam. Omnes promisit præsul, ac promissum firmavit jurejurando supra SS.corpus Domini Nostri: insuper obsides dedit fratrem ac duos nepotes suos. Vicissim Rex juravit facturum se, ut ille in Papam eligeretur. Postea discessere ut amici optimi: & Rex abduxit obsides per speciem reconciliationis inter Archiepiscopum Carolumque Valesium conficiendæ.

Sæcul XIV.
A.C. 1305.

Clemens V. Papa.

Ut primum Parisios Rex redierat, Cardinali Albertino & factioni ejus perscripsit suum cum Burdigalensi Præsule congressum, atque hunc eligi tuto posse. Res tam bene fuit gesta, ut responsum occultissime Perusiam adveniret triginta quinque dierum spatio. Acceptum

1305
1305
1305

Sæcul. XIV.
A.C. 1305.

ceptum Albertinus mox cum factione sua clam communicavit. Adversis dein partibus agebant: Conveniemus omnes, quando placebit vobis: & pacto stabimus. Congregatæ proinde duæ factiones passionem suam solenniter habebant ratam per litteras & juramenta. Tum Cardinalis Albertinus præfatus divini codicis locum ad rem idoneum, orationem habuit, quam finiebat omnium nomine in Papam eligendo Bertrandum Degotum Archiepiscopum Burdigalensem, ac ingenti gaudio canebatur hymnus: *Te Deum*. Sic deceptæ sunt partes Bonifacii, putantes in Papam cooptatum esse virum, qui summæ ipsarum in se fiduciæ responderet. Hæc narratio tota est deprompta ex historia Joannis Villani.

to. II. conc.
p. 1496.
Rayn. 1305.
n. 6.

At in electionis decreto litteris publicis consignato instar epistolæ ad novum Papam Cardinales loquuntur in hanc sententiam: Summa Sede per obitum Benedicti XI vacante, Perusie in palatio, quod mortis tempore incolebat, conclave sumus ingressi. Sed exierunt Cardinales quatuor, nempe Joannes Episcopus Tusculanus, Matthæus de S. Maria in porticu, Richardus de S. Eustachio Diaconi; & Gualterium Cardinalem Presbyterum, qui conclave post reliquos

Sæcul. XIV.
A.C. 1305.

reliquos intraverat, pariter egredi coëgit morbus. Post hæc nostro e numero selectis, qui suffragia nostra colligerent, hodierno sabbato pridie Pentecostes ad electionem processimus hoc modo. Primum scrutatores examinari curavimus. Deinde hi inspecta clam suffragia nostra illico promulgarunt. Ita comperimus nos Cardinales omnino quindecim in conclavi hærentes suffragia nostra immisisse in urnam, ac decem e nobis te in Papam cooptasse. Quibus accesserunt quinque cæteri. Tum ex peculiari mandato nostro Franciscus Cajetanus Cardinalis Diaconus de S. Maria in Cosmedin te sic elegit: Ego in Summum Pontificem meo & omnium suffragantium nomine eligo Dominum Bertrandum Archiepiscopum Burdigalensem. Quam electionem cantato hymno Ambrosiano solenniter Clero ac populo ex more promulgandam curavimus. Dabant Perusiæ pridie Pentecosten 5 Junii anno 1305, & subscribebant septendecim Cardinales.

Decem, qui rite elegerant, erant Leonardus Albani, Petrus Sabinæ, Joannes Portus, Nicolaus Ostiorum Episcopi quatuor; duo Presbyteri, Joannes de SS. Petro & Marcellino, Robertus de S. Potentiana; & quatuor diaconi, Napoleo

Sæcul. XIV. leon de S. Adriano, Landulphus de S.
 A.C. 1205. Angelo, Guilielmus de S. Nicolao in
 carcere, ac Franciscus Cajetanus de S.
 Maria in Cosmedin. Quinque, qui ac-
 cesserunt, erant Theodoricus Episcopus
 Prænestinus, Gentilis Presbyter de S.
 Martino ad montes; ac tres Diaconi
 Franciscus de S. Lucia, Jacobus de S.
 Georgio ad velum aureum, & Lucas
 de S. Maria in via lata. Duo cæteri
 qui subscripserunt, erant Joannes Epis-
 copus Tusculanus, & Gualterius Pres-
 byter. Hoc electionis decretum fuit
 missum per tres Oratores, Guidonem
 Abbatem Belli Loci in dioecesi Viro-
 dunensi, Præfectum ærarii Narbonensis
 Ecclesiæ, & quendam Italum Catalau-
 nensem Canonicum. Ferebant simul
 Epistolam, qua Cardinales Papam in-
 gnopere orabant, ut summæ sedis pos-
 sessionem captum veniret, memorabant
 que quibus periculis obnoxius esset
 Romanæ Ecclesiæ status temporalis
 & quam parum Christianis in terra
 sacra restaret. Videntur prævidisse illum
 trans alpes mansurum.

Sæcul.XIV.
A. C. 1305.

S. LI.

Initium Clementis V.

Bertrandus Degotus Villandranti in
diocesi Burdigalensi primam lucem
aspexerat. Ejus pater dictus itidem
Bertrandus, seu secundum alios Beral-
dus erat Eques inter primarios provin-
ciæ Nobiles, habebatque fratrem pariter
Bertrandum nomine Aginnensem E-
piscopum. Hujus nepos, qui est Papa,
de quo loquimur, per Bonifacium VIII
an. 1295 factus Episcopus Convenarum
& paulo ante Natalem Christi an. 1299
ad archiepiscopatum Burdigalensem
translatus fuit, quem sex ferme annis
possidebat, cum evasit Papa. Gaudebat
fratre Beraldo Archiepiscopo Lugdunen-
si ab anno 1290 usque ad annum 1294,
quo hic creatus Cardinalis Episcopus
Albanensis, an. 1295 in Franciam missus
est Legatus cum Simone Prænestino E-
piscopo ad agitanda consilia pacis inter
Reges Galliæ Angliæque.

Archiepiscopus Burdigalensis in agro
Pictonico provinciam lustrabat suam,
cum se in Papam electum comperit. Bur-
digalam 15 Julii rediens ab instructo ob-
viam procedentium agmine receptus
est ingenti urbis ac provinciæ totius gau-

dio,

Rayn. 1305.
E. n. 5.
Baluz. hist.
Pap. Aven.
p. 61. Et 616.
p. 1. Et 576.

637 24

p. 62. Et 623.

637 24

Baluz. hist.

637 24

Sæcul. XIV.
A.C. 1305.
dio, & magno Præsulum Procerumque concursu. Attamen Archiepiscopum duntaxat, ut prius, agebat, donec decretum electionis acciperet, quod ei privatim 21 ejusdem mensis, publice autem postero die S. Magdalenæ sacro in cathedrali templo Burdigalensi oblatum est: ubi suo sedens in folio Clementis nomen assumpsit; & ab eo tempore coepit se pro Papa gerere. Exeunte Augusto in viam se dedit Lugdunum verius, quo Cardinales accivit. Postquam Aginnum & Tolosam transierat, Cessero-nem advenit, ubi substitit aliquandiu. *Rayn. n. 8.* Nam Jacobus Arragonum Rex ibi præfens ob Sardiniam, Corsicamque clientis fidem ac obsequium ei promisit; tum Lugdunum usque comitem se addidit. *n. II.* Cessero-ne Papa Nemausum 21 Octobris, & biduo post Balneolum venit.

§. LII.

Clemens V coronatur.

J. Vill. l. 8.
c. 81. Plerique Cardinales Itali se Lugdunum accersi ægre ferebant, Papam Romæ coronandum rati. Deceptos se videbant: & Decanus eorum Matthæus Ruber de Ursinis ad Cardinalem Albertinum, Attigisti metam tuam, ajebat, dum trans Alpes ducimur: sed Ecclesia

fia diu non redibit in Italiam: novi Sæcul.XIV.
 Vascones. Etiam Reges Franciæ An- A.C.1305.
 gliæque, ac omnes Optimates Papa cis
 Alpes vocaverat, ut adessent, cum coro-
 naretur: quod Lugduni factum in tem-
 plo S. Iusti dominica post festum S. Mar-
 tini diem decima quarta Novembris
 an. 1305. Matthæus Ruber fuit, qui Baluz. p.63.
 Papæ coronam imposuit data opera Lug- Et 624. 625.
 dunum delatum per quendam ipsius
 cubicularium. Post ceremoniam Papa
 suas ad ædes redibat equo sublimis cum
 corona in capite. Primum Rex Galliæ Cont. Nang.
 pedes equum Papæ ducebat freno; to.II. Spic.
 deinde duo Regis fratres Carolus Vale- p.619.
 sius & Ludovicus Ebroicensis cum Joane
 Britanniæ Duce eundem Clementi
 honorem habebant. Sed quia hoc spe-
 ctaculum ingentem populi multitudinem
 attraxerat, murus vetus spectantium
 numero oneratus nimis corruit eodem
 temporis puncto, quo Papa prætervehe-
 batur. Dejectus equo suo; nec tamen
 læsus fuit. At ex illis, qui eum stipa-
 bant, duodecim ita contusi sunt, ut pau-
 cis post diebus decederent, inter alios
 Dux Britanniæ. Carolus quoque Vale-
 sius grave accepit vulnus sed non mor-
 tiferum. De capite labentis Papæ co-
 rona decidit, qua exolutus est carbun-
 culus sexies mille florenos valens. S. Cle-
 mentis

Sæcul. XIV. mentis die 23 Novembris Clemens V
A. C. 1305. primum sacrificium Papæ ritu peregit:
M. Westmon. tum dedit prandium: quo finito rixa in-
 p. 452. ter domesticos ejus & Cardinalium orta
 tam graviter exarsit, ut veniretur ad ma-
 nus, & unus de Papæ fratribus neca-
 retur.

§. LIII.

Primatus Burdigalensis.

Gall. Chro. In primis Papa Burdigalensem Ecclesiam
 to. 1. p. 219. a primatu Bituricensi liberam fecit per
Thomass. diploma Arnolfo Chantelupio successori
 disc. to. 2. suo inscriptum, cujus hæc erat summa.
 part. 4. p. 43. Debemus peculiarem gerere curam Ec-
 clesie Burdigalensis, quippe quæ nos pri-
 mo filium, deinde sponsum, modo patrem
 acceperit. Primatus vero, quem Bituri-
 censes Archiepiscopi supra Burdigalen-
 ses sibi asserunt, a longo tempore multis
 controversiis, gravibusque offensionibus
 ansum præbuit. Papa Gregorius hæc
Sup. l. 84. de re sanctionem edidisse dicitur: sed hæc
 §. 10. non fuit observata: & duo Archiepisco-
 pi perrexerunt alter alterius jurisdic-
 tionem usurpare: unde consecuti sunt po-
 pulorum motus, homicidia, & sacrilegia
 quorum testes nos ipsi fuimus. Ut
 proin tot malis remedium, ac his dua-
 bus

CLEM. V. P. ALB. LOC. AND. II. OR. IMP. 591

Sæcul. XIV.
A.C. 1305.

bus Ecclesiis pacem afferamus & tranquillitatem, te, successoresque tuos, Ecclesiam atque provinciam Burdigalensem primatu & omni jurisdictione Archiepiscopi Bituricensis omnino exsolvimus, ac vetamus, ne ipse aut ejus collegium etiam vacante sede quidquam contra motiatur, futurum alioquin irritum. Dabat Lugduni 26 Novembris anno 1305.

Quo tempore Bertrandus Degotus Burdigalensem tenebat sedem, se dicebat Primatem Aquitanie: quod ferendo impar Ægidius Romanus Archiepiscopus Bituricensis Gualterio Brugensi Pictavorum Episcopo præcepit, ut ipsius nomine id interdiceret Archiepiscopo Bertrando, & contumacem proscriberet. Episcopus Pictaviensis, quanquam Burdigalæ Suffraganeus, egit mandatum illius, quem agnoscebat Primatem suum. At in summo dignitatis gradu positus Bertrandus hunc Antistitem exautoratum ad Fratres Minores, e quorum numero evocatus fuerat, remisit. Haud multo post Gualterius æger, ac se morti proximum videns a sententia Papæ ad judicium Dei, vel ad futurum Concilium appellavit, voluitque suæ provocationis litteras in charta pergamenâ scriptas humari secum, manique suæ inferri.

ri.

Sæcul. XIV. ri. Sic obiit 21 Jan. 1306: ac sedes
 A.C. 1305. Pictaviensis vacavit quindecim menses.

§. LIV.

Novi Cardinales.

Decimo quinto Decembris illo Mercurii die, quo trimestris ecclesiastici jejunium colebatur, Papa Clemens V. Lugduni decem creavit Cardinales. Primus erat Petrus Sacellius Episcopus Tolosanus, nobili genere natus in Marchiæ loco, cui nomen est * Sacellum Ferricidæ. Egerat primo Præfectum Antimonasterii in diocesi Lemovicensi, ac Professore Juris Civilis in Universitate Aureliæ; ubi Papam Clementem inter discipulos suos numerasse creditur. Deinde fuit Canonicus Parisinus, & unus ex iis, qui habuerunt senatum Tolosæ mense Januario 1288, & Parisiis an. 1290. Carcassonensis Episcopus an. 1292 factus, & ineunte Octobri an. 1298 per Bonifacium VIII translatus Tolosam, denique a Clemente V absens designatus est Cardinalis Presbyter, ac re comperita Lugdunum venit 30 Jan. 1306. Postea 7 Decembris episcopatum Prænestinum a decessu Cardinalis Theodorici vacantem nactus, ab eo tempore Cardinalis Prænestinus solebat dici.

* la Chapelle
 de Taillefer.
Baluz.
 p. 63. 626.
 Sup. §. 31.

Secun-

Secundus erat Berengarius Fredo-
 lius Episcopus Bliterensis. Prope Mon-
 tem Pessulanum ortus in castro Veru-
 nio ad familiam spectante suam, juve-
 nis admodum evasit Bliterensis Canoni-
 cus; tum Pro-Præfectus chori; deinde
 Abbas ad S. Aphrodisium in eadem
 urbe. Fuit etiam Archidiaconus Nar-
 bonensis, & Aquensis Canonicus ad S.
 Salvatorem; tandem Episcopus Blite-
 rensis an. 1298; jamque tunc is erat,
 cum a Bonifacio VIII ad collectionem
 Sexti Decretalium adhiberetur. Cle-
 mens V eum dixit Cardinalem Presby-
 terum de SS. Nereo & Achilleo. Fa-
 ctus est postea Episcopus Tusculanus;
 sed vocabatur semper Cardinalis Blite-
 rensis.

Sæcul. XIV.
 A.C. 1305.

p. 631.

Sup. lib. 89.
 §. 61.

Tertius, Arnaldus Chantelupius Pa-
 pæ propinquus, & tum in ejus locum e-
 lectus Archiepiscopus Burdigalensis. Fue-
 rat Prior Regulæ, quæ est oppidum
 in Vasconia, & Decanus ad S. Paulam
 Londini. Renunciatus est Cardinalis
 Presbyter de S. Marcello; & in sede
 sua successorem per suffragia habuit ne-
 potem suum pariter Arnaldum Chan-
 telupium nomine.

p. 635.

Quartus, Nicolaus Frovillius ex illu-
 stri prosapia, cujus terra jacet in Nor-
 mannia Depam inter & Novum Castrum.
Hist. Ecclesiast. Tom. XXII. P p En-

p. 636.

Sæcul. XIV. **A. C. 1305.** Engerandum Marenninum tunc in aula Gallica potentissimum sanguine continebat. Ordinem Prædicatorum in Rothomagensi cœnobio ingressus, Theologiam Parisiis magna cum fama docuit; diversa inter Fratres obiit munia; & Regi Philippo Pulchro a confessionibus fuit. Declaratus est Cardinalis Presbyter de S. Eusebio: ac ex aula Franciæ primus hanc dignitatem obtinuit.

p. 582.

Cave Append. p. 8.

Bal. p. 638.

Quintus, Thomas Jorzius Anglus Ordinis Prædicatorum per Angliam Magister Provincialis, ac Regis Eduardi conscientiæ Arbitrator. Decretus est Cardinalis Presbyter de S. Sabina loco Gualterii Winterbornii ex eodem Ordine mortui 24 Sept. hoc ipso anno 1305. Hic Cardinalis multa reliquit scripta; quorum aliqua adscripta sunt S. Thomæ Aquinatis ob idem nomen.

Sextus, Stephanus Suifus prope Laudunum; qui primum Brugenfis Archidiaconus in Ecclesia Tornacensi, deinde Cancellarius, vel potius Custos sigillorum Regis Philippi fuit. An. 1300 in Episcopum Tornacensem electus fuerat una cum Godefrido de Fontibus Canonico Parisino: neuter tamen illam sedem obtinuit; sed Guido Arvernensis, frater Guilielmi Episcopi Leodiensis, antea Tornacensis. Stephanus appellatus

latus est Cardinalis Presbyter de S. Sæcul. XIV.
Cyriaco. A.C. 1305.

Septimus, Guilielmus Arrufatius seu p. 640.
Ruffatius. Canonicus primum Lugdu-
nensis fuerat. Dein eum Papa Cle-
mens amicus suus Magistrum libello-
rum supplicum fecit; tum Cardinalem
Diaconum de S. Cosma; & statim po-
stea Cardinalem Presbyterum de S. Po-
tentiana, quippe sibi ut Archiepiscopo
Burdigalensi, immo jam ut Convena-
rum Episcopo addictissimum. Guiliel-
mus habuit nepotem Robertum nomi-
ne, qui fuit Archiepiscopus Salernitanus,
exin Aquensis in Provincia.

Octavus, Arnaldus Pelegruæus, id p. 642.
cognomen trahens a castello quodam a-
gri Petrocoricensis: sed ejus familia in
tractu Vasatensi habitabat. Ex Ar-
chidiacono Carnutino Papæ cognati sui
beneficio evasit Cardinalis Diaconus de
S. Maria in porticu.

Nonus, Raymundus Degotus Papæ p. 648.
nepos ex fratre Arnaldo Garfia Pro-Co-
mite Leomaniensi & Miramunda Mal-
leonia hujus conjuge. Cum Papæ suo
patruo Lugdunum eunti se comitem jun-
xisset, nuncupatus est Cardinalis Diaco-
nus de S. Maria Nova.

Sæcul. XIV.

A.C. 1305.

p. 651.

Decimus, Arnaldus Bearnensis, Benedictinus primum monachus ad S. Severum in diœcesi Aturina, tum Abbas ad S. Crucem Burdigalæ. Clemens V Papa factus eum inter Præfectos sacelli sui retulit; postmodo Ecclesiæ Romanæ Pro - Cancellarium, ac denique Cardinalem Presbyterum de S. Prisca declaravit: sed is vocabatur Cardinalis de S. Cruce propter abbatiam suam. Atque hi sunt decem Cardinales 15 Decembris 1305 creati, Galli novem, unusque Anglus.



HISTO.